
Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18571-p0001-3
DFG

Dv 1940 13/21,1

Dv 1940 3/2,1

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-18571-p0002-9

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– Medizinische Abt. –
DÜSSELDORF
V 2021

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18571-p0003-5
DFG

CAROLI A LINNÉ,

Equitis aurati de ſtella polari,

ARCHIATRI REGII, MED. ET BOTAN. PROFESS. UPSAL. ACAD. PARIS. UPSAL. HOLM. PETROPOL. BEROLIN. IMPER. LONDIN. ANGL. MONSP. TOLOS. FLORENT. EDINB. BERN. Soc.

SYSTEMA NATURAE

PER

REGNA TRIA NATURAE,

SECUNDUM

CLASSES, ORDINES,
GENERA, SPECIES,

CUM

CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS.

TOMUS II.

EDITIO DECIMA TERTIA, AUCTA, REFORMATA.

CURA

JO. FRID. GMELIN,

PHILOS. ET MED. DOCTOR. HUJUS ET CHEM. IN GEORGIA AUGUSTA PROF. P. O. ACAD. CAESAR. NATURAE CURIOSORUM ET ELECTORAL. MOGUNTIN. ERFORDENSIS, NEC NON SOCIET. REG. SCIENT. GOETTINGENSIS, PHYSICAE TIGURIN., ET METALLICAE MEMBRI.

LIPSIAE, 1791.
IMPENSIS GEORG. EMANUEL. BEER.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18571-p0005-6

Opera JEHOVAE *magna!*
Expoſita omnibus, qui delectantur illis,
Glorioſum et decorum Opus Ejus.

DAVID.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18571-p0006-2

CAROLI A LINNÉ

SYSTEMA NATURAE.

TOM. II. PARS I.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18571-p0007-7

FLOS *est plantarum gaudium*
Tunc se novas, aliasque, quam sunt, ostendunt,
Tunc variis colorum picturis in certamen usque luxuriant.

PLIN. XVI. 25.

REGNUM VEGETABILE.

1. NATURA creata, continuato semine, ope elementorum, modificat terras in *vegetabilia*, vegetabilia in *animalia*; utraque resolvit iterum in *terras* circulo perenni aucto.
2. VEGETABILE est vita multiplicata, coadunata absque sensatione.
3. TRIBUS vegetabilium tres vulgo numerantur.
   MONOCOTYLEDONES. Fruges 1, 2, 3.
   DICOLYLEDONES. Plantae 4, 5.
   POLYCOTYLEDONES. Rhizophora.
   ACOTYLEDONES. Cryptogamae 6, 7, 8, 9.
4. GENTES, e quibus incolae confluxerunt, potissimum sunt.
   1. PALMAE. PRINCIPES, Indici, Spathacei spadiciferi, fluxi, eminentes celsitudine eximia, spectabiles caudice invariato simplicissimo perennante, coronati coma frondosa sempervirente, opulentes gazis fructuum opimis. *Hi Tributarii sunt animalium Primatibus, inprimis eorum Principi cohabitanti.*
   2. GRAMINA. PLEBEJI, campestres, culmiferi, glumacei, rustici, vulgatissimi, simplicissimi, vivacissimi, constituentes vim roburque regni, et quo magis mulctati et calcati, magis multiplicativi. *Hi tributarii sunt, e vili penu, animalibus plurimis phytophagis, horumque Cerealia inprimis eorum Principi hospitanti.*
   3. LILIA. PATRITII, Lucares, Bulbosi triarii, superbientes vestimentis fulgentibus festivis. *Hi pascunt oculos condecorantque regnum venustate aulaeorum splendidissimorum.*

4. HERBAE. Nobiles, pratenſes, annotini, polymorphi. *Hi ornant regnum ſtructura admiranda, ſapore multifario, odore fragrante, colore florido.*

5. ARBORES. Proceres, ſylvatici, e nobilium ordine perennantes caudice, ſtipati pediſſequis *ſervis*, ſuſtentantes inauſpicato clientes *paraſiticos*. *Hi attollunt capita, arcent ventos, corrigunt aërem, inumbrant aeſtuantes, humectant inconſpicuo imbre, alliciunt vocales, perficiunt fructus, tanquam totidem naturae horti.*

MILITES armati ſpinis aculeisve, e plantis utrisque adſtrictivi. *Hi arcent Mammalium hoſtium injurias.*

6. FILICES. Novaccolae, latebroſi, ſtipitati, dorſiferi, macri. *Hi praeparant poſteris terram.*

7. MUSCI. Servi, hyemales, imbricati, calyptrati, reviviſcentes, impaſti, loca omnia a prioribus relicta occupant numeroſiſſimi. *Hi radices incolarum fovent, ne adurantur a bruma hyberna, ne exſiccentur a ſirio aeſtivo, ne evellantur a viciſſitudine vernali, ne corrumpantur a putredine auctumnali, colligunt etiam pro dominorum peculio humum daedaleam.*

8. ALGAE. Vernaculi, aquigeni, ſqualentes, redivivi, abſtemii, nudiuſculi. *Hi inchoant culturam primam vegetationis.*

9. FUNGI. Nomades, auctumnales, barbari, denudati, putidi, furaces, voraces. *Hi Flora reducente plantas hyematum, legunt relictas earum quisquilias ſordesque.*

5. TEXTURA vegetabilium e *vaſis* ſuccoſis.
tracheis aëreis.
utriculis ſecretoriis.

6. SUBSTANTIAE vegetabilium ex *epidermide*, externe abducente *corticem*, deponentem interiori latere *librum*, ſecedentem in *lignum* annotinum rigidum, obducentes *medullam*.

7. PARTES vegetabilium primariae tres ſunt:
Radix deſcendens, aquoſa ſorbens, *nutriens*.
Herba adſcendens, aërea ſpirans, *movens*.
Fructificatio pandens, aetherea halans, generans.

8. RADIX terrenis humentibus inſerta exſerit *radiculas* capillares, ſaepe ſuperne concurrentes in ſolidum *caudicem deſcendentem* ſub terra, aut etiam *adſcendentem* ſupra terram.

9. HERBA annua, aëreis commiſſa, conſtat *hybernaculo*, *trunco*, *folio*, *fulcro*.
Hybernaculum compendium herbae totius ſquamoſum.
Bulbus e baſibus foliorum praeteritorum.
Gemma e rudimentis foliorum futurorum.

10. TRUNCUS (cum Ramis) attollens herbam fructificationemque, vel Caulis *herbae* folioſus.

Cul-

Culmus *graminis*, saepius geniculatus, articulis inanibus.
Scapus *radicis* aphyllus floriferus.
Pedunculus ramus *caulis* floriferus.
Petiolus ramus foliiferus, folio proprius.
Stipes a folio non distinctus, *palmis*, *filicibus*, item truncus *fungi*.

11. FOLIUM expandens per aëra superficiem, volatile, saepe petiolatum.
Foliolum partiale est folii *compositi*.
Frons folium e stipite factum, in *pulmis* et *filicibus*.

12. FULCRUM administrans pro vitae necessitate.
Stipula foliorum, ad eorum basin, foliacea.
Bractea florum, ad florum pedunculorumve basin, foliacea.
Pubes vestiens villositate.
Glandula secernens liquorem.
Spina terminans *cornu* ligneso.
Aculeus sparsus, *ungue* cortici tantum inserto.
Cirrhus scandens filo.

13. FRUCTIFICATIO temporaria, terminans, lege naturae spontanea dehiscens metamorphosi, ut substantia *interna* pateat, flore et fructu.
Flos fit e *calice*, *corolla*, *staminibus*, *pistillis*.
Fructus e *pericarpio* praegnante *seminibus*, affixis *receptaculo*.

14. CALIX. Tegmentum exterius floris e *cortice*, cujus species 7.
Volva *fungi* lacera.
Calyptra *muſci* cucullata.
Spatha *palmae* vaginata.
Gluma *graminis*, *saepius bivalvis*.
Perianthium *plantae*, corollae approximatum.
Involucrum *plantae* a flore remotum, saepius umbellae.
Involucellum, partiale involucrum.
Amentum *gemmaceum* imbricatum, commune.

15. COROLLA. Tegmentum interius floris.
Petalum membranaceum: *limbo* aut *laminis*
tubo aut *unguibus*.
Nectarium proprium, mel saepe promens.

16. STAMEN. Viscus exterius. *Genitale masculum*.
Filamentum sustinens *antheram*.
Anthera foeta granulato *polline*, at hoc *fovilla*.

17. PISTILLUM. Viscus interius. *Genitale femineum*.
Germen fructus rudimentum inferius.
Stilus a germine elevans *stigma*, intermedius.
Stigma roridum, pubescens, supremum.

18. PERICARPIUM *Germen* defloratum seminiferum.
Capsula sicca membranacea, coriacea aut lignosa, frequentius *valvis* dehiscens varie in variis, quam evalvis.

Nux, dura, non dehiscens, certe nunquam in valvas duabus plures secedens.

Coccus ex conceptaculis siccis, elasticis duobus aut pluribus constans.

Siliqua membranacea sicca, utplurimum *bivalvis*, sutura utraque seminifera.

Legumen membranaceum, aut coriaceum *bivalve*, sutura altera seminifera.

Folliculus membranaceus, *univalvis*, latere dehiscens, a seminibus distinctus, capsulae species.

Bacca molliuscula pulposa, *seminibus* distinctis pluribus, in valvas regulares non dehiscens.

Drupa pulposa ex cortice vario nunquam dehiscente, et putamine unico arcte cum suo cortice cohaerente compaginata.

Pomum pulposum, *capsula* includente semina, baccae species.

Strobilus imbricatus *amenti* coarctati.

19. SEMEN. Ovum nova planta praegnans, deciduum, tunicatum.

Umbilicus tum internus, quam externus.

Hilum cicatrix umbilicalis.

Albumen ex condensato in maturo semine amnii liquore natus.

Vitellus inter albumen et embryonem medius.

Cotyledones bibulae placentam uterinam constituentes.

Corculum, sive Embryo, novae plantae compendium, connectens cotyledones: sive *radicula*.

e *rostello* acuminata, deorsum germinante.

e *plumula* imbricata, sursum excrescente.

Pappus interdum coronat semen.

Arillus interdum includit partialiter semen.

20. RECEPTACULUM: *basis* partes fructificationis connectens.

Proprium unius floris.

Commune pluribus *floseulis* sessilibus.

Umbella inter calicem et florem, elongatum in pedunculos aequatos.

Umbellula partialis umbella.

Cyma umbella composita ramulis alternis.

Spadix intra spatham, praeprimis palmae.

Rachis spicae graminis, cui flores insculpti.

21. MACHINAE vegetabilis substantia constat duplici contraria.

Corticalis externa, includens, nutritiva, descendens, terrenis adhaerens, studiose medullam incarcerans, duriuscula, apice tenerrimo aurescens.

Medulla interna, inclusa, vivificans, basi deliquescens, apice adscendens, multiplicatione divisibilitate terminoque infinita, in creatione accensa, a primordio occulte festinat, lenteque versus minimam resistentiam ad summum suum exitum; quo vero corporeum coarctans debilius, eo claustra citius referat metamorphosin

phosin subitura, quaeque evasura sese cum corpore copulat, ut in novas dispergenda vitas circulus perennet.

22. GERMINATIO fit dispersis seminibus, per *hilum* absorbentibus aquam, unde rumpuntur membranae a bibulis tumentibus *cotyledonibus*, lactantibus *corculum*, usque dum foetus *rostellum* radiculas exserat, quo erigatur *plumula* accrescens in *herbam* anni, terminatam *gemma* supra decomposita.

23. VEGETATIO fit *radiculis* sugentibus tincturam aquosam humi, quae, calore quotidie addito, lente pellitur per corticis externi vasa, unde nutritio exterioris interiorisque plantae, exhalante superfluo, *cortices* deponente ab interiore pariete *librum*, quotannis secedentem in substantiam *ligneam* (ex annulis annotinis interstinctis *alburno* demum ab emarcidis inferioribus ramis suboffefacto) sustentaturam caudicem adscendentem, intra cujus apices *medulla* viva properat.

Medullam concipio fasciculum e fibris nervorum aemulis isoscelen formantibus, in qua vis vitalis pellens rumpit extimas, hinc divergentes, penetrantes corticem etiamnum subgelatinosum, ubi hi nervi medullares apice similiter multiplicantur in gemmam. A dissuto per has fibras, vase adscendente, impeditoque subtus adscensu humoris propulsi, extenditur corticale in *folium*.

Folium hoc, quod exerceatur volatu ventorum, attrahit praeparatque (exceptis parasiticorum antea praeparatos) humores, pagina superiore ex aere et luce, quicquid sit, principium inspirat, pagina inferiore roridum aeremque oeconomiae vegetabili superfluum perspirat, a casu nunquam renasciturum.

Declaratur autem larva herbae, ubi medullae propulsio major, quam includentis corticis retentio, quo aperiri videtur substantia *corticis* in calicem, *libri* in corollam, *ligni* in stamina, *medullae* in pistilla, *a*) terminante vegetationem nova vita, collectis filis in ultima medullae semina.

24. PROLEPSIS sistit metamorphoseos plantarum mysterium, quo herbae *larva* mutatur in *declaratam* fructificationem; plantae enim est producere vel *herbam* foliosam, vel etiam *fructificationem*.

Folium genuinum semper in sinu fovet rami multiplicantis principium, sive actu, sive potentia tale; cumque folium sit natum ob hujus caussam, nec vicissim, nequit existere folium, nisi hoc principium perforaverit antea corticem, e quo ortum est, licet effectus ante suam caussam manifestus.

Gemma genuina (sive strictiori sensu sic dicta) est *rami* futuri compendium, in quem demum explicabitur; constat semper *squamis*,

a) Repugnare huic sententiae videntur seriora quaedam experimenta.

totidem foliorum rudimentis, etiamnum (a futuro ramulo nondum elongato) approximatis; cumque folia ſine gemma exiſtere nequeant, neceſſe eſt, ut gemmae lateant in ſinu cujusque ſquamae gemmaceae, confirmante autopſia, adeoque nequit omnis gemma aliud eſſe, quam corpus e foliis et gemmulis compoſitum: Omnis igitur gemma conſtat foliis cum ſuis gemmulis, et hae *gemmulae* ſimiliter ex minoribus ſquamis et gemmulis, et ſic porro in quintam usque progeniem (ut in volvoce), nec ultra, confirmante metamorphoſi: Ergo ramus folioſus praeſentis anni foetus ramulis omnibus per *quinquennium* proditurus, ſuccedentibus ad extremos apices ſemper novis, in defoliatorum, ad baſin, locum, ut numerus quinarius perennet. Hoc fit in *arboribus*, ubi medullam moratur durior ſubſtantia lignea; in *plantis* annuis autem, ubi minor reſiſtentia corticalis laxioris verſus medullam, valet haec brevius, ſine mora gemmacea, exire in flores; quodcunque enim valet propulſionem medullae augere, et incluſivam vim corticalis ſubſtantiae debilitare, id promovebit floreſcentiam.

Florem dum producat arbor, natura anticipabit quinque annorum progenies, ſimul tum produturas, formando e foliis gemmaceis futuri anni *bracteas*, ſequentis *calicem*, inſequentis corollam, conſequentis ſtamina, ſubſequentis *piſtillum*, refertum medulla granulata *ſeminum*, termino vitae vegetantis.

25. FLORESCENTIA ſiſtit plantarum *ſponſalia* in flore *a*) et *nuptias* in antheſi.

Flos, exuta herbae larva, prodit planta declarata, interna, nuda et perfecta inſtar *inſecti* alligati volitantis, *coleoptrati* calice, *alati* corolla, conſtantis ſolis *viſceribus* genitalibus, *maſculis* ſtaminibus ex antheris *teſticularibus*, repletis polline *genitali*, continente *fovillam* vivificantem, et *femineis* piſtillis ex germinis *ovario* terminato ſtigmate *vulvifero*, tecto *pube* tubuloſa, reſudante *lympham* genitalem.

Antheſis peragitur, dum antherae ruptae ſpargunt ſuum *pollen* veſiculare ſupra *ſtigma*, quo efflat hoc incluſam *fovillam* maſculam, abſorbendam a *lympha genitali* feminea reſudante, ut corporeum maſculum addito femineo medullari conficiat *ovum*, in juſtam maturitatem fovendum intra ovarium.

26. PRINCIPIUM fructificationis, fundamentum botanices, altius repetendum.

Problema: Supponas D. O. O. in primordio a ſimplici progreſſum ad compoſita, a paucis ad plura! adeoque a primo vegetabili principio tot tantum creaſſe plantas diverſas, quot *ordines naturales*. Has ordinum plantas Ipsum dein ita inter ſe generando miſcuiſſe,

a) Sponſalia plantarum. Amoen. acad. I. n. 12.

cuisse, ut totidem exorirentur plantae, quot hodie existunt *genera:* Naturam dein genericas has plantas per generationes ambigenas, (quae structuram floris non mutant) inter se miscuisse, et multiplicasse in *species* existentes, quotquot possibiles, exclusis tamen e numero specierum ab ejusmodi generatione productis plantis *hybridis*, utpote sterilibus.

GENUS itaque omne est naturale, confirmante natura, saltum non faciente.

CHARACTER ergo non constituat unquam genus, sed sedulo secundum genus naturae conficiendus est.

PLANTAE congeneres sunt quoad genus dignoscendae e planta declarata, cum generatio ambigena illibata relinquat fructificationem, sed distinguendae in specie secundum herbam a sociis sororibus, diverso patre productis.

DIAGNOSIS sic plantae consistit in affinitate *generis* et in discrimine *speciei.*

NOMEN plantae itaque, ut utramque diagnosin indigitet, duplex erit: *Genericum* cognomen gentilitium.
Specificum praenomen triviale.

sub hoc vero *Synonyma* vaga auctorum.

BOTANICUS, sequendo *classificationes* per *characteres* plantae declaratae ducitur ad *genus* nominatum, per *differentias* larvae ad *speciei* appellationem, inde ad hujus *synonyma;* ex his ad *auctores*, exinde ad *omnia*, quae de objecto quaestionis, seculi beneficio, ad nos pervenere. Sic dicat ipsa planta suum nomen, suamque historiam in tanta multitudine specierum, imo individuorum; hoc finis botanices primus, seculi nostri inventum, in quo perficiendo desudabunt omnes Botanici veri.

27. BOTANICUS *verus* desudabit in augendo amabilem scientiam.

DESCRIPTIONES fundamentales conficiat verbis characteristicis, plantarum inprimis obscuriorum rariorum novarumque, ad normam delineationis plantae, quales *Filius, et Schreberus in Decuriis, Thunberg, l'Heritier, Murray.*

FIGURAS, si poterit, addat, quae repraesentant plantam perfectam, quales dedere *Vaillant, Dillenius, Ehret, Jacquin, Trew, Schmiedel, Hedwig, Giesecke* cum *Schulze, Abendroth* et *Baeck.*

DIFFERENTIAS specificas eruat compendiosas et maxime proprias.

SYNONYMA auctorum conquirat, inprimis selectiora, uti *Hallerus.*

GENUS naturale semper speciei praefigat et, ubi novum, *characterе* naturali definiat ex omnium partium fructificationis situ, figura, numero, proportione.

SPECIES novas vagasque ad certa genera referat, uti *Tournefort, Plumier, Browne, Jacquin.*

ORDINEM naturalem, ubi patet, indigitet.

Stationes cujusvis plantae notet, ideoque plures *Floras*, ubi licet, producat, inprimis *auſtrales* et *exoticas*.

Proprietates obſervet, qualis *duratio*, *ſeminatio*, *gemmatio*, *vernatio*, *aeſtivatio*, *nuptiae*, *frondeſcentia*, *calendarium*, *horologium*, *ſummas qualitates*.

Usus addat, quales uſus *Naturae* (Panis Pandoraque), *medicus*, *oeconomicus* &c. et quaecunque in his cedant inprimis in gloriam auctoris et in commoda generis humani, ut poſteri demum obambulent in ſerena luce.

Damna enarret, quae inde in alias plantas utiles, in varia animalia, in hominem ipſum redundant.

Botanophili Fallaces, Ephebi, Hisquitallientes:
Leges artis proclamant, antequam naturales didicerint.
Abſonos extollunt, praeſtantiores rodunt zelo ſtomachoſo.
Compilant furtim aliena, propria vix detegunt.
Grano eruditionis reperto ſtentorei ebuccinant.
Methodum naturalem ſibi notam crepant.
Genera arbitraria eſſe aſſeverant.

DELI-

Dediſti mihi, DOMINE, *artem*,
meam mercedem,
et in illa laudabo nomen TUUM.
David.

DELINEATIO PLANTAE.

I. THEORIA.

GENUS. Nomen *selectissimum.*
Character naturalis, essentialis, artificialis.
Classis Ordoque *systematis praestantissimi.*
Ordo naturalis *demonstrandus.*
SPECIES. Nomen triviale.
Differentia specifica *demonstranda, certissima, brevissima.*
Synonyma *ex* descriptione s. figura *selecta*, vernacula.
CRITICA. Etymologia nominis *generici, specifici.*
Inventor *cum* tempore.
Eruditio historica, critica, antiqua.

II. DESCRIPTIO.

RADIX. *duratione* annua, biennis, perennis.
figura a. fibrosa, ramosa, fusiformis, praemorsa.
b. repens, articulata, dentata.
c. globosa, tuberosa, fasciicularis, palmata.
d. bulbosa: (granulata,) tunicata, solida, squamosa.
TRUNCUS. *specie* Caulis, Culmus, Scapus, Stipes.
duratione herbaceus, suffruticosus, fruticosus, arboreus.
solidus, inanis, fistulosus.
mensura a. (proportio *ad folia reliquasque partes.*)
b. crassities ex *simili notissimo.*
directione a. erectus, strictus, rigidus, scandens, volubilis, repens.
laxus, obliquus, adscendens.
declinatus, incurvatus, nutans.
diffusus, procumbens, stoloniferus.
b. sarmentosus, radicans, repens.
c. geniculatus, flexuosus, scandens.
volubilis: *sinistrorsum, dextrorsum.*
figura a. teres, semiteres, compressus, fistulosus, aneeps,
3-10 angulatus.
acutangulus, obtusangulus.
b. 3-6 gonus, 3-5 quater.
vestitu. nudus, aphyllus, foliatus.
vaginatus, squamosus, imbricatus.
superficie. a. suberosus, rimosus, tunicatus.
b. laevis, striatus, sulcatus, canaliculatus.
c. glaber, scaber, muricatus.
tomentosus, villosus, hispidus.
aculeatus, spinosus, urens.

d. stipu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18571-p0017-3

d. ſtipulatus, membranatus, bulbiferus.

compoſitione a. anodis, ſimpliciſſimus, ſimplex, integer.
b. articulatus, prolifer, dichotomus, brachiatus.
c. ſubramoſus, ramoſus, ramoſiſſimus.
d. virgatus, paniculatus, faſtigiatus.
e. patens, divaricatus.

RAMIS a. ſtructura caulis, frondis.
b. alternis, diſtichis, ſparſis.
confertis, oppoſitis, verticillatis.
c. erectis, coarctatis, divergentibus.
divaricatis, deflexis, reflexis, retroflexis, fulcratis.
d. altitudine caulis; longis, brevibus, patentibus.

FOLIA

determinatione *loco* radicalia, caulina, ramea.
axillaria, floralia.
numero unicum, duo, tria, pauca, plurima.
ſitu a. alterna, diſticha, bifaria.
ſparſa, conferta, imbricata.
faſciculata, bina, terna, quaterna, quina.
confluentia, approximata, remota.
b. oppoſita, decuſſata, ſtellata.
directione a. erecta, ſtriata, rigida, adſperſa.
patentia, patentiſſima, aſſurgentia, inflexa, reclinata, recurvata, revoluta, dependentia.
b. obliqua, adverſa, verticalia, reſupinata.
c. ſubmerſa, natantia, radicantia.
inſertione a. petiolata, peltata.
b. ſeſſilia, adnata, coadunata, decurrentia, amplexicaulia, perfoliata, connata, vaginantia.

ſtructura *figura* a. ſubrotunda, orbiculata, ovata, ovalia.
b. oblonga, parabolica, cuneiformia, ſpatulata.
c. rotundata, lanceolata, elliptica, linearia, aceroſa.
angulis integra, 3-5 angularia, deltoidea, rhombea, trapeziformia.
ſinubus a. cordata, reniformia, lunata.
ſagittata, haſtata, panduriformia, runcinata.
b. fiſſa, 2-7 loba, 2-7 fida, 3-7 partita.

palma-

Ob loco *obverſe*, e. gr. obcordata, obovata &c.
Sub loco *fere* e. gr. ſubcordata, ſubovata &c.
Coadunantur ſaepe figurae ejusdem diviſionis, non vero diverſae,
bene lanceolato-ovata, ovato-lanceolata &c.
male lanceolato-acuta, ovato-mucronata.

palmata, lyrata, pinnatifida, sinuata.
laciniata, squamosa.
margine a. integerrima, crenata, serrata, ciliata.
dentata, spinosa, cartilaginea.
b. repanda, lacera, erosa, daedalea.
apice a. obtusa, emarginata, praemorsa, truncata.
acuta, acuminata, cuspidata, mucronata, cirrhosa.
superficie a. pagina: superiore, inferiore.
nuda, glabra; nitida, lucida, colorata.
b. nervosa: trinervia, trinervata, triplinervia;
enervia, lineata, striata, sulcata.
c. venosa, rugosa, bullata, lacunosa, avenia.
d. punctata, papillosa, papulosa, viscida.
e. villosa, tomentosa, sericea, lanata, barbata.
pilosa, scabra, hispida, aculeata, strigosa.
expansione plana, canaliculata, concava, convexa, cucullata,
plicata, undata, crispa.
substantia a. membranacea, scariosa, gibba,
teretia, depressa, compressa, carinata.
b. compacta, tubulosa, pulposa, carnosa.
c. triquetra, ancipitia, lingulata, ensiformia.
subulata, acinaciformia, dolabriformia.
mensura brevissima, longissima, *ratione caulis articulorumve.*
duratione decidua, caduca, persistentia,
perennia, sempervirentia.
compositione *Composita* articulata, conjugata.
digitata: binata, ternata, quinata.
pedata.
pinnata: bijuga, trijuga, quadrijuga, cum impari, abrupta, cirrhosa.
foliolis oppositis, alternis, interruptis, decursivis.
Decomposita bigemina, biternata, bipinnata.
Supradecomposita tergemina, triternata, tripinnata.

FULCRA. Petiolus, Stipula, Cirrhus, Pubes, Arma, Pedunculus, Bractea.

PETIOLUS *figura* linearis, alatus, clavatus.
membranaceus, teres, semiteres, triqueter, canaliculatus.
magnitudine brevissimus, brevis, mediocris,
longus, longissimus.
insertione insertus, adnatus, decurrens.
amplexicaulis, vaginans, appendiculatus.
directione erectus, patens, assurgens, recurvatus.

super-

Superficie glaber, aculeatus, nudus, articulatus, ſpineſcens.

STIPULAE
a. geminae, ſolitariae, nullae.
b. laterales, extrafoliaceae, intrafoliaceae, oppoſitifoliae.
c. caducae, deciduae, perſiſtentes, ſpineſcentes.
d. ſeſſiles, adnatae, decurrentes, vaginantes.
e. ſubulatae, lanceolatae, ſagittatae, lunatae.
f. erectae, patentes, reflexae.
g. integerrimae, ſerratae, ciliatae, dentatae, fiſſae.
h. breviſſimae, mediocres, longae.

CIRRHUS
a. axillaris, foliaris, petiolaris, pedunicularis.
b. ſimplex, trifidus, multifidus.
c. convolutus, revolutus.

PUBES
a. pili, lana, barba, tomentum, ſtrigae.
b. ſetae: ſimplices, hamoſae, ramoſae, plumoſae, ſtellatae.
c. hami, glochides.
d. Glandulae, Utriculi.
foliaceae, petiolares, pedunculares, ſtipulares.
e. viſcoſitas, glutinoſitas.

ARMA
a. *Aculei:* recti, incurvi, recurvi.
b. *Furcae* bifidae, trifidae.
c. *Spinae* terminales, axillares, calicinae, foliares, ſimplices, diviſae.
d. *Stimuli* pungentes, urentes.

BRACTEAE
a. coloratae, caducae, deciduae, perſiſtentes.
b. una, duae, plures.
c. *Coma.*
d. Foliorum *caetera addenda.*

PEDUNCULUS.
partialis (a-e) communis; Pedicellus.
a. *loco* radicalis, caulinus, rameus.
petiolaris, cirrhiferus.
terminalis, axillaris.
oppoſitifolius, lateriflorus, interfoliaceus, ſupra-foliaceus, extrafoliaceus.
b. *ſitu* alternus, ſparſus, oppoſitus, verticillatus.
c. *numero* ſolitarius, geminatus, umbellula: *ſeſſilis.*
d. *dire-*

Terminorum definitiones dedi in amoenit. acad. 6. p. 217, figuras *autem in horto Cliffortiano et philoſophia botanica* ego, Loe *in* introductione, Miller in *Dictionario*, Sauvages *in methodo*, Oeder, Lipp, Reuſſ, Erxleben *aliique dederunt.*

d. *directione* adſperſus, erectus, patens, cernuus, reſupinatus, declinatus, nutans, flaccidus, adſcendens.
pendulus, ſtrictus, flexuoſus, retrofractus.
e. *menſura* brevis, breviſſimus, longus, longiſſimus.
f. *multiflorus*, uniflorus, biflorus, triflorus, &c. multiflorus.
g. *ſtructura* teres, triqueter, tetragonus.
filiformis, attenuatus, clavatus, incraſſatus, nudus, ſquamoſus, foliatus, bracteatus, geniculatus, articulatus.

INFLORESCENTIA graduali modificatione ſcandit

Spadix.	Cyma.	Umbella.	Umbellula.	Aggregata.
Compoſita.	Spica.	Amentum.	Strobilus.	Corymbus.
Racemus.	Panicula.	Thyrſus.	Faſciculus.	Capitulum.
Verticillus.	Lateriflor. &c.			

Flores terminales, laterales, ſparſi, conferti, aggregati.
ſeſſiles, pedunculati.
unicus, ſolitarius, terni &c. copioſi.
erecti, cernui, nutantes, reſupinati, ſecundi, verticales, horizontales.
ſuperaxillares, oppoſitifolii, lateriflori, interfoliacei.

a. VERTICILLUS
a. ſeſſilis, pedunculatus.
b. nudus, involucratus, bracteatus.
c. confertus, diſtans.

b. CAPITULUM
a. ſubrotundum, globoſum, dimidiatum.
b. folioſum, nudum.

c. SPICA
a. ſimplex, diſticha, compoſita, ſpiculis, glomerata.
b. ovata, ventricoſa, cylindrica, interrupta.
c. imbricata, articulata, ramoſa, ſecunda, linearis, ciliata, foliacea, comoſa.

d. CORYMBUS
ſimplex, compoſitus.

e. THYRSUS
f. FASCICULUS
nudus, foliatus.

g. RACEMUS
a. ſimplex, compoſitus.
b. unilateralis, ſecundus, pedatus, conjugatus;
c. erectus, laxus, dependens.

d. nu-

d. nudus, foliatus.

h. PANICULA trunci ſtructura.

FRUCTIFICATIO ex *numero*, *figura*, *proportione*, *ſitu partium*.

Simplex. Compoſita ex floſculis.

CALIX *Perianthium* fructificationis, floris, fructus.
Perſiſtens, deciduum, caducum.
Proprium a. monophyllum, polyphyllum.
b. 2-5 fidum, 2-5 partitum, integrum.
c. tubuloſum, patens, reflexum, inflatum.
d. abbreviatum, longum, mediocre.
e. obtuſum, acutum, ſpinoſum, aculeatum.
f. aequale, inaequale, labiatum.
Commune imbricatum, ſquarroſum, caliculatum, ſcarioſum.
Involucrum a. univerſale, partiale, proprium.
b. mono-polyphyllum.
Gluma a. uniflora, 2-multiflora.
b. univalvis, bivalvis, multivalvis.
c. colorata, glabra, hiſpida.
Ariſta a. mutica, terminalis, dorſalis.
b. recta, tortilis, geniculata, recurvata.
Amentum ſquamoſum nudum.
Spatha univalvis, bivalvis, dimidiata, imbricata, 1-6 flora.
Calyptra recta, obliqua.
Volva approximata, remotiſſima: Pileus, Stipes.

COROLLA *petali* a. Tubus ſ. Ungues; Limbus ſ. Laminae.
b. monopetala, 2-6-polypetala, 5 fida, 5 partita.
c. regularis, irregularis, inaequalis, difformis.
d. globoſa, campanulata, infundibuliformis.
hypocrateriformis, rotata, liliacea.
ringens, perſonata: labio ſuperiore et inferiore; rictu; palato, fauce, collo.
cruciata, concava, patens.
papilionacea: vexillo, alis, carina.
e. compoſita: ligulata, tubuloſa, radiata.
Diſcus, radius.
f. color.
Nectarium proprium, petalinum, calicinum.

STAMINA *Filamenta* numero, figura, inſertione, proportione aequalia, inaequalia; connata, alterna.
Antherae diſtinctae, connatae, laterales, incumbentes, erectae.

didy-

Didymae, globosae, subulatae, sagittatae, bicornes, aristatae, spitales.
loculi, apertura.
Pollen figura.

PISTILLUM
Germen superum, inferum; pedicellatum.
Stilus numero, proportione, divisione, figura, capillaris, filiformis, cylindricus, subulatus, clavatus.
erectus, declinatus, adscendens.
Stigma numero, figura: divisum, perforatum, capitatum.

PERICARDIUM *Capsula*: figura, valvulae, loculamenta, dissepimenta, columella.
dehiscentia: 5 dentata, 5 valvis, articulata, circumscissa, elastica.
bicapsularis &c. bilocularis &c.
didyma, tricossa &c. inflata.
Siliqua figura: compressa, toruloso, articulata.
Dissepimentum parallelum, transversum.
Legumen figura, articulata, 1-2 locularis, isthmis.
Folliculus univalvis figura.
Drupa succulenta, sicca.
Pomum figura, loculamentum.
Bacca monosperma &c. nidulantia semina.
Strobilus figura totius, squamarum.

SEMEN
numero, figura, loculis, superficie, consistentia.
Hilum. *Corculum*.
Corona; *Pappus* stipitatus s. sessilis: capillaris, plumosus.
Cauda, hamus, caliculus, ala, arista.
Nux unilocularis, bilocularis &c.
Arillus cartilagineus, succulentus.

RECEPTACULUM fructificationis, floris, fructus.
Commune a. nudum, punctatum, pilosum, paleaceum, alveolatum.
b. planum, convexum subulatum, ovatum, globosum.
Compositus flos ex *floseulis*.
Aggregatus flos.
Umbella a. simplex, composita ex *universali partialique*, prolifera.
b. concava, fastigiata, convexa.

c. erecta, nutans.
Cyma nuda, bracteata.
Spadix a. uniflorus, multiflorus.
b. simplex, ramosus.
c. rachis spicae.

III. HABITUS.

GEMMATIO Bulbus solidus, tunicatus, squamatus, caulinus.
Gemma *origine* petiolaris, stipularis, corticalis.
contento foliaris, floralis, communis.
VERNATIO conduplicata, convoluta, involuta, revoluta, imbricata, equitans, obvoluta, plicata, circinalis.
AESTIVATIO convoluta, imbricata, conduplicata, valvata, inaequivalvis.
TORSIO a. conformis, difformis.
b. dextra, sinistra, reciproca.
c. resupinata, circinalis.
VARIATIO coloris, magnitudinis, pubescentiae, aetatis.
Externa plicata, falciata,
latifolia, tenuifolia, crispa.
mutica.
Interna a. mutilata, grandiflora.
b. multiplicata, plana, prolifera, cristata.
c. vivipara, bulbigera.
SPONSALIA Mas, Femina, Androgyna, Hermaphrodita.
Generationis *mysteria*.
SEMINATIO *Seminis* cauda, ala, pappus, arista, hamuli, gluten, curvatio.
Pericarpii baccatio, inflatio, viscositas, elasticitas, *Structura*.
PLACENTATIO. Dicotyledonis, Acolytedonis, Polycolyledonis.

IV. STATIO.

CLIMA boreale, mediterraneum, alpinum, marinum.
orientale, australe, occidentale, indicum.
SOLUM lacustre, littorale, maritimum, salsum.
palustre, inundatum, uliginosum, caespitosum,
nemorosum, silvaticum, arvense,
pratense, campestre, montanum,
ruderale, cultum.
TERRA Humus, Argilla, Creta, Arena.
Parasitica, arrhiza: Radicis, Trunci, Caulis, Folii.

V. TEMPUS.

GERMINATIO dierum, mensium, annuum, bienne.

FRON-

FRONDESCENTIA *Vernatio* praecox, aequalis, ſerotina.
Autumnatio praecox, lenta, cunctanea.

CALENDARIUM 1. germinationis, frondeſcentiae, floreſcentiae.
2. groſſificationis, maturationis, meſſis.
3. exfoliationis, defoliationis, congelationis.
4. brumalis, glacialis, regelationis.

HOROLOGIUM a. *Vigiliae* meteoricae, tropicae, aequinoctiales.
b. apertionis, recluſionis.

SOMNUS. connivens, includens, circumſepiens, muniens, conduplicans, involvens, divergens, dependens, invertens, imbricans.

DURATIO *Plantae* caducae, ſenſiles, perpetuae.
Flores ephemeri, tridui, menſtrui.
Fructus praecoces, ſerotini, annui.

VI. QUALITATES.

ODOR ambroſiacus, fragrans, ſpirans, aromaticus, orgaſticus, hircoſus, nidoroſus, teter, nauſeoſus, viroſus.

SAPOR aquoſus, acidus, pinguis, dulcis, mucoſus, ſiccus, amarus, ſtipticus, acris, ſalſus.

COLOR hyalinus, ruber, purpureus, albus, triſtis, niger, luteus, viridis, cinereus, teſtaceus.

TACTUS humidus, tomentoſus, ſuccoſus, carnoſus, viſcidus, aridus, lucidus, ſcarioſus, membranaceus, ſcaber.

MENSURA linearis, pollicaris, ſpithamaea, pedalis, cubitalis, unguicularis, palmaris, dodrantalis, orgyalis.

VII. USUS.

NATURALIS *Oeconomia* naturae ejusque politia.
Pan *mammalium phytiphagorum domeſticorum.*
Pandora *inſectorum.*

ARTIFICIALIS *Culinaris:* Radices, Olera, Fructus.
Officinalis a. ſimplicia, praeparata.
b. pretium, locus.
medicus: Vires, uſus.
oeconomicus inſtrumentalis.
paſtoralis.
tinctorius.
culturae: Cerealia.
Macellum.
Officinalis.
Arboretum, Frutetum.
Pomona.
Paſcua.

CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS.

NUPTIAE PLANTARUM.
Actus generationis incolarum regni vegetabilis.
Floreſcentia.

PUBLICAE.
Nuptiae, omnibus manifeſtae, aperte celebrantur.
Flores unicuique viſibiles.

DIFFINITAS.
Mariti inter ſe non cognati.
Stamina nulla ſui parte connata inter ſe ſunt.

INDIFFERENTISMUS.
Mariti nullam ſubordinationem inter ſe invicem ſervant.
Stamina nullam determinatam proportionem longitudinis inter ſe invicem habent.

1. MONANDRIA.	7. HEPTANDRIA.
2. DIANDRIA.	8. OCTANDRIA.
3. TRIANDRIA.	9. ENNEANDRIA.
4. TETRANDRIA.	10. DECANDRIA.
5. PENTANDRIA.	11. DODECANDRIA.
6. HEXANDRIA.	12. POLYANDRIA.

SUBORDINATIO.
Mariti certi reliquis praeferuntur.
Stamina duo reliquis ſemper breviora ſunt.

13. DIDYNAMIA.	14. TETRADYNAMIA.

AFFINITAS.
Mariti propinqui et cognati ſunt.
Stamina cohaerent inter ſe invicem aliqua ſui parte.

15. MONADELPHIA.	17. POLYADELPHIA.
16. DIADELPHIA.	18. SYNGENESIA.

CLANDESTINAE.
Nuptiae clam inſtituuntur.
Flores oculis nudis difficilius uſurpandi.

19. CRYPTOGAMIA.

CLAS-

CLASSIUM CHARACTERES.

I. MONANDRIA, a μόνος unicus et ἀνὴρ maritus.
Maritus unicus in matrimonio.
Stamen unicum in flore.

II. DIANDRIA.
Mariti duo in eodem conjugio.
Stamina duo in flore eodem.

III. TRIANDRIA.
Mariti tres in eodem conjugio.
Stamina tria in flore eodem.

IV. TETRANDRIA.
Mariti quatuor in eodem conjugio.
Stamina quatuor in eodem flore.
(*Si ſtamina duo proxima breviora ſunt, referatur ad Cl.* 13.)

V. PENTANDRIA.
Mariti quinque in eodem conjugio.
Stamina quinque in flore eodem.

VI. HEXANDRIA.
Mariti ſex in eodem conjugio.
Stamina ſex in flore eodem.
(*Si ex his ſtamina* 2 *oppoſita breviora, pertinet ad Cl.* 14.)

VII. HEPTANDRIA.
Mariti ſeptem in eodem conjugio.
Stamina ſeptem in flore eodem.

VIII. OCTANDRIA.
Mariti octo in eodem conjugio.
Stamina octo in flore eodem.

IX. ENNEANDRIA.
Mariti novem in eodem conjugio.
Stamina novem in flore eodem.

X. DECANDRIA.
Mariti decem in eodem conjugio.
Stamina decem in flore eodem.

XI. DODECANDRIA.
Mariti duodecim ad novendecim in eodem conjugio.
Stamina duodecim ad novendecim in eodem flore.

XII. POLYANDRIA, a πολὺς et ἀνὴρ.
Mariti viginti et ultra in eodem conjugio.

Stamina, in aliis calicis lateri interno, in aliis receptaculo inserta, 20-1000 in eodem flore.

XIII. DIDYNAMIA, a δὶς bis, et δυναμις potentia.
Mariti quatuor, quorum 2 longiores, 2 breviores.
Stamina quatuor, quorum duo proxima longiora sunt.

XIV. TETRADYNAMIA.
Mariti sex, quorum quatuor longiores.
Stamina sex, quorum quatuor longiora, duo autem opposita breviora.

XV. MONADELPHIA, a μόνος unicus, et ἀδελφὸς frater.
Mariti, ut fratres, ex una basi proveniunt.
Stamina filamentis in unum corpus coalita sunt.

XVI. DIADELPHIA.
Mariti e duplici basi, tanquam e duplici matre, oriuntur.
Stamina filamentis in duo corpora connata sunt.

XVII. POLYADELPHIA.
Mariti ex pluribus, quam duabus matribus, orti sunt.
Stamina filamentis in tria vel plura corpora coalita.

XVIII. SYNGENESIA, a σὺν simul et γενεσις generatio.
Mariti genitalibus foedus constituerunt.
Stamina antheris (raro simul filamentis) in cylindrum coalita.

XIX. CRYPTOGAMIA, a κρυπτὸς occultus et γάμος, nuptiae.
Nuptiae clam celebrantur.
Fructificatio magis occulta.

ORDINES a feminis seu pistillis, ut classes a maribus seu staminibus ut plurimum definiuntur; in paucis tamen v. g. *in classe syngenesiarum cryptogamiarum* differunt ordines ita.

MONOGYNIA, DIGYNIA, TRIGYNIA &c. a γυνη femina, praepositis numeris graecis μόνος, δὶς, τρὶς, τέτρα &c.

i. e. *Pistillum* 1. 2. 3. 4. &c. *Numerus hic pistilli sumitur a basi stili; si stilus autem deficit, a numero stigmatum calculus fit.*

POLYGAMIA AEQUALIS constat multis nuptiis, conjugia pura contrahentibus.

i. e. *multis floseulis, staminibus et pistillis instructis.*
Flores ejusmodi maximam partem vulgo flosculosi *dicuntur.*

POLYGAMIA SPURIA, ubi thalami vere nuptorum discum occupant, et ambitum cingunt thalami meretricum maritis destitutarum, ut a maritis uxoratis foecundentur.

i. e. *ubi*

i. e. *ubi floſculi hermaphroditi diſcum occupant, et marginem cingunt floſculi feminei ſtaminibus deſtituti.*

a) SUPERFLUA, cum feminae maritatae fertiles ſunt, et familiam propagare queunt, adeo ut concubinarum auxilium videatur ſuperfluum.

i. e. *cum flores diſci hermaphroditi ſtigmate inſtruuntur, et ſemina proferunt; flores quoque feminei radium conſtituentes ſimiliter ſemina ferunt.*

b) FRUSTRANEA, cum feminae maritatae fertiles ſunt, et ſpeciem propagare queunt, concubinae autem ob defectum vulvae, veluti caſtratae, impraegnari nequeunt.

i. e. *cum flores diſci hermaphroditi, ſtigmate inſtruuntur, et ſemina proferunt, floſculi vero radium conſtituentes, quum ſtigmate careant, ſemina proferre nequeunt.*

c) NECESSARIA, cum feminae maritatae, ob genitalium labem et vulvae defectum ſteriles, familiam propagare nequeunt; concubinis a maritis feminarum foecundatis uxorum locum ſupplentibus, ſobolemque laete propagantibus.

i. e. *cum flores hermaphroditi ob defectum ſtigmatis piſtilli ſemina perficere nequeunt, flores autem feminei in radio ſemina perfecta proferunt.*

d) SEGREGATA, cum thalami plurium cujuscunque ſexus et conjugii ita uniuntur, ut unicum thalamum communem conſtituant.

i. e. *cum calices floriferi plures comprehenduntur a communi calice, ut unicum florem conficiant.*

CLASSIUM GENERA.

I. MONANDRIA.

Monogynia.

Canna.
Renealmia.
Amomum.
Costus.
Myrosma.
Alpinia.
Maranta.
Curcuma.
Kaempferia.
Thalia.
Philydrum
Cucullaria.
Qualea.
Monodynamis.
Sphaerocarpos.
Hedychium.
Myristica.
Phyllachne.
Elaterium.
Pandanus.
Brosimum.
Ascarina.
Nipa.
Casuarina.
Balanophora.
Cynomorium.
Artocarpus.
Chara.
Boerhaavia.
Aphanes.
Salicornia.
Neckeria.
Tamburissa.
Hippuris.

Digynia.

Lacistama.
Corispermum.
Callitriche.
Blitum.
Maianum.
Ceratocarpus.

Trigynia.

Najas.
Aegopricon.

Tetragynia.

Zannichellia.

II. DIANDRIA.

Monogynia.

Nyctanthes.
Jasminum.
Cookia.
Ligustrum.
Phillyrea.
Maytenus.
Olea.
Chionanthus.
Ceranthus.
Syringa.
Hebe.

Tubiflora.

Dialium.
Eranthemum.
Circaea.
Veronica.
Paederota.

Globifera.

Justicia.
Dianthera.
Kyrtandra.
Ghinia.
Gratiola.
Schwenckia.
Baea.
Calceolaria.
Pinguicula.
Utricularia.
Walsenia.
Fagelia.
Verbena.
Lycopus.
Amethystea.
Cunila.
Ziziphora.
Monarda.
Rosmarinus.
Salvia.
Collinsonia.
Morina.
Globba.
Lithophila.
Thouinia.
Pentaglossum.
Ancistrum.
Orchis.
Satyrium.
Ophrys.
Malaxis.
Serapias.
Limodorum.
Cranichis.
Disa.
Cypripedium.
Epidendrum.
Forstera.
Anguria.
Lemna.
Cosaria.
Cecropia.
Omphalea.
Salix.
Fraxinus.

Digynia.

Anthoxanthum.
Gunnera.
Misandra.

Trigynia.

Piper.
Vallisneria.

III. TRIANDRIA.

Valeriana.
Fissilia.

Olax.

Olax.
Macrolobium.
Rohria.
Tamarindus.
Elate.
Tragia.
Hernandia.
Phoenix.
Oſyris.
Maba.
Ficus.
Rumpfia.
Cneorum.
Camocladia.
Melothria.
Cucumis.
Cucurbita.
Momordica.
Ceratoſanthes.
Trichoſanthes.
Bryonia.
Sicyos.
Glochidion.
Ruſcus.
Rotala.
Ortegia.
Chelidurus.
Loeflingia.
Polyonemum.
Alternanthera.
Agyneja.
Tonſella.
Hippocratea.
Stilago.
Salacca.
Heritiere.
Crocus.
Witſenia.
Tapeinia.
Ixia.
Gladiolus.
Antholyza.
Vogelia.
Iris.
Moraea.

Marica.
Siſyrinchium.
Ferraria.
Dilatois.
Xiphidium.
Wachendorfia.
Commelina.
Callifia.
Syena.
Kyllingia.
Fuirena.
Pommerculla.
Lygeum.
Nardus.
Spartina.
Eriophorum.
Scirpus.
Cyperus.
Schoenus.
Carex.
Typha.
Sparganium.
Zea.
Apluda.
Olyra.
Coix.
Themeda.
Manifuris.
Cenchrus.

Digynia.

Axyris.
Planera.
Bobantia.
Cornucopiae.
Saccharum.
Phalaris.
Paſpalum.
Syntheriſma.
Panicum.
Chloris.
Andropogon.
Phleum.
Alopecurus.
Milium.

Agroſtis.
Mühlenbergia.
Calamagroſtis.
Holcus.
Aira.
Malica.
Savaſtana.
Triſetaria.
Spinifex.
Iſchaemum.
Schima.
Aegilops.
Tripſacum.
Poa.
Briza.
Uniola.
Dactylis.
Cynoſurus.
Feſtuca.
Bromus.
Stipa.
Avena.
Anthiſtiria.
Lagurus.
Arundo.
Ariſtida.
Lolium.
Rottboellia.
Elymus.
Secale.
Hordeum.
Triticum.

Trigynia.

Reſtio.
Caturus.
Excaecaria.
Phyllanthus.
Amaranthus.
Eriocaulon.
Montia.
Proſerpinaca.
Holoſteum.
Merorea.
Koenigia.

Polycarpon.
Mollugo.
Minuantia.
Queria.
Lechea.
Enneagynia.
Empetrum.

IV. TETRANDRIA.
Monogynia.

Protea.
Ropala.
Globularia.
Stilbe.
Cephalanthus.
Lidbeckia.
Scabiosa.
Knautia.
Crinita.
Allionia.
Hedyotis.
Perama.
Opercularia.
Scabrita.
Spermacoce.
Evea.
Asperula.
Diodia.
Knoxia.
Houstonia.
Russea.
Galium.
Valantia.
Cruciatella.
Rubia.
Siderodendrum.
Simbuleta.
Siphonanthus.
Catesbaea.
Ixora.
Pavetta.
Fernelia.
Ernodea.
Antirhea.
Petesia.
Hoffmannia.
Racka.
Chomelia.
Petitia.
Mitchella.
Coccosipsilum.
Wallenia.
Callicarpa.
Myonima.
Pyrostria.
Relhamia. *Panzeria.*
Aquartia.
Myrmecia.
Witheringia.
Polypremum.
Chaetocarpus.
Lasiostoma.
Brabejum.
Penaea.
Blaeria.
Labatia.
Buddleja.
Exacum.
Littorella.
Plantago.
Scoparia.
Skimmia.
Rhacoma.
Monetia.
Othera.
Orixa.
Centunculus.
Sanguisorba.
Cissus.
Frasera.
Epimedium.
Cornus.
Samara.
Blackburnia.
Fagara.
Mayepea.
Aegiphila. Junghansia.
Ptelea.
Hydrophylax.
Tomax.
Seeura.
Rorida.
Sirium.
Ludwigia.
Azima. Canscora.
Banckssia.
Mecucua.
Poiretia.
Oldenlandia.
Carphalea.
Ammannia.
Isnardia.
Trapa.
Dorstenia.
Cometes.
Majanthemum.
Paketaria.
Boehmeria.
Procris. Empleurum.
Urtica.
Batis.
Trophis.
Maprunea.
Viscum.
Krascheninnikosia.
Hippophaë.
Pathos.
Nepenthes.
Moscharia.
Nigrina.
Elaeagrus.
Gonocarpus.
Santalum.
Serpicula.
Aucuba.
Montinia.
Struthiola.
Manettia.
Krameria.
Hartogia.

Acaena.

Acaena.
Rivina.
Votomita.
Embothrium.
Nacibea.
Cuſſarea.
Faramea.
Malanea.
Tontanea.
Patabea.
Chloranthus.
Salvadora.
Embalia.
Canſiera.
Camphoroſma.
Alchemilla.

Digynia.

Galopina.
Crucita.
Buffonia.
Hamamalis.
Nertera.
Betula.
Morus.
Laurembergia.
Schaefferia.
Centella.
Myrica.
Anthoſpermum.
Cuſcuta.
Pagamea.
Hypecoum.
Gomozia.

Trigynia.

Buxus.
Cranzia.
Argythamnia.

Tetragynia.

Brucea.
Cicca.
Ilex.
Coldenia.
Potamogeton.
Ruppia.
Sagina.
Radiola.
Tillaea.
Myginda.

V. PENTANDRIA.

Monogynia.

Heliotropium.
Myoſotis.
Batſchia.
Lithoſpermum.
Anchuſa.
Cynogloſſum.
Pulmonaria.
Arnebia.
Symphytum.
Cerinthe.
Onoſma.
Borago.
Aſperago.
Lycopſis.
Echium.
Meſſerſchmidia.
Tournefortia.
Nolana.
Diapenſia.
Aretia.
Androſace.
Primula.
Cortuſa.
Soldanella.
Dodecatheon.
Cyclamen.
Menyanthes.
Doraena.
Hottonia.
Bacopa.
Toccyena.
Hydrophyllum.
Phacelia.
Elliſca.
Rapanea.
Poraqueiba.
Lyſimachia.
Euparea.
Tupura.
Anagallis.
Theophraſtea.
Anaſſer.
Retzia.
Spigelia.
Ophiorhiza.
Ophioxylum.
Virecta.
Voyria.
Liſianthus.
Randia.
Fagraea.
Scheffieldia.
Azalea.
Epacris.
Weigela.
Tectona.
Plumbago.
Triguera.
Phlox.
Porana.
Endrachium.
Convolvulus.
Murucoa.
Ipomaea.
Cantua.
Hoitzia.
Polemonium.
Campanula.
Forgeſia.
Roella.
Phyteuma.
Lobelia.
Trachelium.
Samolus.
Nauclea.
Rondeletia.
Macrocnemum.
Bellonia.
Portlandia.
Swartſia.
Scaevola.

Cin-

Cinchona.
Kyctanthus.
Willdenovia.
Bertiera.
Pſychotria.
Coffea.
Ronabea.
Chiococca.
Hamellia.
Patima.
Vangueria.
Sabicea.
Oribaſia.
Stephanium.
Lonicera.
Baeobotrys.
Chimarrhis. Cyphia.
Dentella.
Uncaria.
Trioſteum.
Simira.
Mapuria.
Morinda.
Cellicocca.
Cephaelis.
Canephora.
Conocarpus.
Jaſione. Lignonia.
Strumpfia.
Corymbium.
Scriphium.
Ambroſia.
Kuhnia.
Parthenium.
Clibadium.
Schoepfia.
Erithalis.
Menais.
Muſſaenda.
Matthiola.
Mirabilis.
Coris.
Genioſtoma.
Broſſaea.

Verbaſcum.
Datura.
Hyoſcyamus.
Nicotiana.
Jaborosa.
Atropa.
Phyſalis.
Solanum.
Capſicum.
Strychnos.
Genipa.
Ignatia.
Ceſtrum.
Lycium.
Cryptoſtomum.
Placoma.
Jacquinia.
Xyſtris.
Baſſovia. Urceolaria. Vallaris.
Meiſteria.
Chironia.
Smithia.
Cordia.
Maripa.
Patagonula.
Ehretia.
Varronia.
Ardiſia.
Laugeria.
Chryſophyllum.
Rinorea.
Riana.
Conohoria.
Sideroxylon.
Bumelia.
Manglilla.
Rhamnus.
Phylica.
Carpodetus.
Ceanothus.
Turia.
Maeſa.
Arduina.

Camax.
Büttneria.
Myrſine.
Bladhia. Plotea.
Antura.
Leea.
Canarium.
Cadaba.
Celaſtrus.
Ruyſchia.
Euonymus.
Polycardia.
Colletia.
Rubentia.
Hyperanthera.
Digera.
Diolma.
Hovenia.
Brunia.
Cyrilla.
Itea.
Geruma.
Cutha.
Pittoſporum.
Viola.
Impatiens.
Galax.
Cedrela.
Melhania.
Ayenia.
Gluta.
Elaeodendrum.
Meeſia.
Braſilium.
Calodendrum.
Eſcallonia.
Corynocarpus.
Argophyllum.
Mangifera.
Hirtella.
Paypayrola.
Plectronia.
Ribes.
Gronovia.
Mollia.

Mollia.
Aquilicia.
Hedera.
Melicytus.
Vitis.
Lagoecia.
Roridula.
Sauvageſia.

Logania.

Caroxylon.
Claytonia.
Heliconia.
Achyranthes.
Celoſia.
Chenolea.
Illecebrum.

Amanoa.

Glaux.

Hedicrea.

Theſium.

Gymnocarpos.

Papularia.

Gynopogon.

Anguillaria.

Breynia.

Pennantia.

Ceratonia.
Piſonia.
Nyſſa.
Gouania.
Antidaſma.
Rauwolfia.
Paederia.
Cariſſa.
Gardenia.
Willughbeja.
Allamanda.
Vinca.
Nerium.
Echites.
Plumaria.
Cameraria.
Tabernaemontana.

Amſonia.

Ochroſia.

Ceropegia.

Digynia.

Pergularia.
Melodinus.
Cynoctonum.
Periploca.
Cynanchum.
Apocynum.

Matelea.

Aſclepias.
Stapelia.

Villarſia.

Linconia.
Herniaria.
Humulus.
Atriplex.
Chenopodium.
Beta.

Microtea.

Salſola.

Anredera.

Anabaſis.
Creſſa.
Steris.
Gomphrena.
Rocama.
Boſea.
Ulmus.
Celtis.
Piſtacia.
Cannabis.
Nama.

Dichondra.

Hydrolea.

Donidoſia.

Schrebera.

Rochefortia.

Heuchera.
Velezia.
Swertia.
Gentiana.
Vahlia.
Ruſſelia.
Bumalda.
Ireſine.
Iva.
Xanthium.
Nephelium.
Phyllis.

Hermus.

Arctopus.
Panax.
Eryngium.
Hydrocotyle.
Sanicula.
Aſtrantia.
Buplearum.
Echinophora.
Coprosma.
Haſſelquiſtia.
Tordylium.
Caucalis.
Artedia.
Daucus.
Ammi.
Bunium.
Conium.
Selinum.
Athamanta.
Peucedanum.
Crithmum.

Spinanthe.

Cachrys.
Ferula.
Laſerpitium.
Heracleum.
Lignſticum.
Angelica.
Sium.
Siſon.
Bubon.
Cuminum.
Oenanthe.
Phellandrium.
Cicuta.
Aethuſa.
Coriandrum.
Scandix.

Chaero-

Chaerophyllum.
Imperatoria.
Seſeli.
Tiapſia.
Paſtinaca.
Smyrnium.
Chamitis.
Anethum.
Carum.
Pimpinella.
Cuſſonia.
Apium.
Aegopodium.

Trigynia.

Quinchamalium.
Griſelinia.
Semecarpus.
Rhus.
Viburnum.
Caſſine.
Sambucus.
Spathelia.
Staphylea.
Curtiſia.
Tamarix.
Xylophylla.
Reichelia.
Zanonia.
Feuillea.
Aſtronium.
Salmaſia.
Paſſiflora.
Suaeda.
Turnera.
Telephium.
Andrachne.
Clutia.
Corrigiola.
Pharnaceum.
Alſine.
Drypis.
Baſella.
Sarothra.

Tetragynia.

Parnaſſia.
Evolvulus.
Spinacia.

Pentagynia.

Acnida.
Aralia.
Gloſſopetalum.
Commerſonia.
Statice.
Linum.
Aldrovanda.
Burcaeda.
Qnapoya.
Droſera.
Giſekia. Schranckia. Wiſenia.
Craſſula.
Mahernia.
Sibbaldia.

Hexagynia.

Eracliſſa.

Polygynia.

Myoſurus.
Schefflera.

VI. HEXANDRIA.

Monogynia.

Licuala.
Bromelia.
Pitcarnia.
Xerophyta.
Tillandſia.
Hepetis.
Burmannia.
Lachenalia.
Tradeſcantia.
Mnaſium.
Pontederia.
Haemanthus.
Galanthus.
Leucojum.
Tulbagia.
Narciſſus.
Pancratium.
Maſſonia.
Crinum.
Timmia.
Amaryllis.
Bulbocodium.
Aphyllanthes.
Allium.
Lilium.
Fritillaria.
Uvularia.
Glorioſa.
Erythronium.
Tulipa.
Enargea.
Albuca.
Hypoxis.
Ebrharta.
Ornithogalum.
Scilla.
Cyanella.
Puya.
Aſphodelus.
Anthericum.
Leontice.
Pollia.
Callixene.
Aſparagus.
Dracaena.
Convallaria.
Polyanthes.
Argolaſia.
Hyacinthus.
Phormium.
Aletris.
Yucca.
Aloë.
Agave.
Gethyllis.
Hemerocallis.
Piſtia.
Lindera.
Adenia.
Peumus.

Sili-

Siliquaria.
Gleditſchia.
Iſertia.
Leaeba.
Ravenala.
Muſa.
Acorus.
Orontium.
Mauritia. Rhapis.
Elaeis.
Cocos.
Corypha.
Metroxylon.
Thrinax.
Tamus.
Tonina.
Virola.
Calamus.
Juncus.
Richardia.
Achros.
Guapira.
Ajovea.
Prinos.
Durvia.
Burſera.
Berberis.
Capura.
Loranthus.
Hillia.
Canarina.
Pſuthura.
Nandina.
Coſſignia.
Franckonia.
Peplis.

Digynia.

Gahnia.
Oryza.
Zizania.
Pharus.
Bambus.
Nectris.
Naſtus.
Falckia.
Atraphaxis.
Manſana.

Trigynia.

Rajania.
Dioſcorea.
Smilax.
Boraſſus.
Chamaerops.
Rumex.
Flagellaria.
Scheuchzeria.
Wurmbea.
Triglochin.
Melanthium.
Medeola.
Trillium.
Colchicum.
Veratrum.
Helonias.

Tetragynia.

Petiveria.
Mattuſchkia.

Hexagynia.

Ariſtolochia.

Polygynia.

Alisma.

VII. HEPTANDRIA.

Monogynia.

Trientalis.
Diſandra.
Petrocarya.
Dracontium.
Aeſculus.
Pometia.

Digynia.

Limeum.

Tetragynia.

Saururus.
Aponogeton.

Heptagynia.

Septas.

VIII. OCTANDRIA.

Monogynia.

Tropaeolum.
Osbeckia.
Rhexia.
Oenothera.
Gaura.
Epilobium. Honkemja. Heinzia.
Antichorus.
Combretum.
Porteſia.
Clanſena.
Barbylus.
Trigonis.
Cupania.
Euphoria.
Molinaea.
Xylocarpus.
Ephiolis.
Allophyllus.
Griſlea.
Mimuſops.
Imbricaria.
Scytalia.
Jambolifera.
Melicocca.
Ornitrophe.
Hypelate.
Hagenia.
Guarea.
Hedwigia.
Amyris.
Sodada.
Binectaria.
Ximenia.
Saſſia.
Acer.
Dioſpyros.
Fuchſia.
Mindium.
Chlora.
Michauxia.
Dodonaea.

Valen-

Valentinia.
Lawsonia.
Memexylon.
Icica.
Talisia.
Melicope.
Vaccinium.
Schollera.
Erica.
Cedrota.
Athenaea.
Grubbia.
Ophira.
Heymassoli.
Scopolia.
Populus.
Daphne.
Dirca.
Buginvillea.
Quivisia.
Gnidia.
Passerina.
Lachnaea.
Baeckea.

Digynia.

Londin. Litchi.
Schmiedelia.
Galenia.
Weinmannia.
Mochringia.
Codia.
Corylus.
Luziola.

Trigynia.

Polygonum.
Colliguaja.
Ponaea.
Coccoloba.
Paullinia.
Cardiospermum.
Sapindus.

Tetragynia.

Paris.
Adoxa.
Elatina.
Haloragis.
Quercus.
Rhodiola.
Margaritaria.
Myriophyllum.
Xanthorhiza.

IX. ENNEANDRIA.

Monogynia.

Areva.
Cadamba.
Laurus.
Caquepivia.
Anacardium.
Tinus. Gerbera.
Panke.
Plegorhiza.
Volutella.
Ginannia.
Cassytha.

Digynia.

Mercurialis.

Trigynia.

Rheum.

Hexagynia.

Butomus.
Hydrocharis.

X. DECANDRIA.

Monogynia.

Sophora.
Anagyris.
Myrospermum.
Cercis.
Bauhinia.
Hymenaea.
Parkinsonia.
Cadia. Alangium.
Cassa.
Poinciana.
Cubaea.
Eperua.
Myroxylon.
Caesalpinia.
Guilandina.
Schotia.
Guajacum.
Trigonia.
Cynometra.
Crudia.
Cyclas.
Hippomanica.
Cyujera.
Cristaria.
Marsana.
Sonneratia.
Codon.
Ceratostema.
Dictamnus.
Ruta.
Toloifera.
Nicandra.
Uratea. Decodon.

Cantuffa.

Haematoxylum.
Prosopis.
Chalcas.
Petaloma.
Murraya.
Adenanthera.
Trichilia.
Turraea.
Sandoricum.
Swietenia.
Ekebergia.
Melia.
Zygophyllum.
Gilibertia.
Quassia.
Ochna.
Schinus.
Kleinhovia.
Fagonia.
Tribulus.
Thryallis.
Limonia.
Gaertnera.

Mono-

Monotropa.
Aquilaria.
Dionaea.
Juſſieua.
Heiſteria.
Quisqualis.
Dais.
Melaſtoma.
Cacucia.
Muriri.
Triſtemma.
Kalmia.
Ledum.
Rhododendrum.
Andromeda.
Epigaea.
Gualtheria.
Arbutus.
Inocarpus.
Strigilia.
Pyrola.
Styrax.
Samyda.
Simaba.
Copaifera.
Detarium.
Caſearia.
Carica.
Siparuna.
Terminalia.
alpina. 65. C. spicis erectis subsessilibus: inferioribus axillaribus; mascula tereti elongata, capsulis ovatis breviter mucronatis. *Hall. hist. stirp.* 2. *n.* 1378.

nemorensis. 66. C. spica mascula obtusa: femineis erectis tenuissimis laxis: glumis alternis remotis. *Haller. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1379.

verna. 67. C. foliis cespitosis brevibus, spicis confertis erectis subpetiolatis brevibus, capsulis ovato-triquetris. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1381.

68. C.

dissimilis. 68. C. spicis femineis sessilibus: ima pedunculata, glumis perangustis. *Haller. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1384.

rhizantha. 69. C. spicis minutis paucifloris: feminea superiore sessili; inferiore pedunculata radicali, capsulis triquetris elongatis. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1385.

gynobasis. 70. C. spicis paucifloris: feminea inferiore pedunculata radicali; superiore sessili, capsulis ovatis. *Haller. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1386.

spadicea. 71. C. spica mascula ovata obtusa: femineis minoribus paucifloris; suprema approximata minima sessili, reliquis axillaribus, capsulis bifidis. *Haller. hist. stirp. helv.* 2. *n.* 1388.

Scheuchzeri. 72. C. culmo folioso, foliis retrorsum hispidis, spicis gracilibus: femineis minoribus. *Scheuchz. agr. p.* 413. *t.* 10. *f.* 6.

patula. 73. C. culmo folioso, foliis retrorsum hispidis, spicis gracilibus: femineis pendulis laxis praelongis, capsulis rostratis bifidis. *Flor. dan. t.* 404.

sempervirens. 74. C. foliis duris perennibus, spicis atro-fuscis: mascula oblonga; femineis binis brevioribus laxis. *Villars pl. delph.* 2. *p.* 214. *n.* 31.

sinensis. 75. C. spicis erectis: femineis quaternis, capsulis acuminatis. *Bladh. apud Retz. obs. bot.* 3. *p.* 42.

TT *Spicis masculis pluribus.*

acuta. 76. C. spicis femineis subsessilibus, capsulis obtusiusculis.
α) nigra. *Curtis flor. Lond. t.* 281.
β) rufa. *Curtis flor. Lond. t.* 280.

gracilis. 111. C. spicis masculis femineisque pluribus subfiliformibus, floribus digynis. *Curt. flor. Lond. t.* 282.

miliacea. 116. C. spicis masculis terminalibus cylindricis, femineis ovatis: inferioribus subnutantibus, superioribus subsessilibus. *Gmel. flor. sibir.* 1. *t.* 30. *f.* 1.

vesicaria. 77. C. spicis femineis pedunculatis, capsulis inflatis acuminatis. *Fl. dan. t.* 647.

hirta. 78. C. spicis remotis: femineis subpedunculatis erectis, capsulis hirtis. *Flor. dan. t.* 379.

pumila. 79. C. spicis masculis duabus terminalibus sessilibus, femineis duabus pedunculatis oblongis erectis. *Thunb. fl. jap. p.* 39.

80. C.

Agaſtachys. 80. C. ſpicis femineis pedunculatis remotis, pendulis longiſſimis, capſulis numeroſiſſimis maxime approximatis laxis acuminatis. *Suppl. p.* 414. *Ehrh. phytoph. n.* 19. *Stigma* 3*fidum.*

Iaſiocarpa. 81. C. ſpicis remotis: maſculis femineisque duabus cylindricis erectis ſubſeſſilibus, bracteis brevioribus, capſulis ovatis hirſutis apice diviſis. *Ehrh. Hannoev. Mag.* 1784. *p.* 132.

flacca. 82. C. ſpicis maſculis erectis: femineis pendulis, capſulis ovatis obtuſis bractea brevioribus. *Schreb. ſp. fl. Lipſ. app. Barrel. ic.* 113. *f.* 11.

glauca. 83. C. ſpicis femineis pendulis, capſulis ovato-triquetris confertis. *Leyſ. fl. hal. n.* 960. *Mich. n. pl. gen. t.* 32. *f.* 12. *β) Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1407.

hordeiſtichos. 84. C. foliis ceſpitoſis triangularibus culmo longioribus, ſpicis maſculis linearibus: femineis ſeſſilibus; inferioribus ſubterraneis. *Villars fl. Delph.* 2. *p.* 221. *n.* 43. *t.* 6.

paluſtris. 85. C. ſpicis femineis ſeſſilibus, capſulis ovatis breviſſime mucronatis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1400.

torfacea. 86. C. ſpicis femineis teretibus pendulis, capſulis conicis roſtratis bicornibus. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1409.

ternaria. 87. C. ſpicis tumis erectis: maſculis duabus; terminali ſeſſili, altera ſubpedunculata, feminea pedunculata. *Flor. tub. p.* 288. 289.

bifurca. 117. C. culmo triquetro, ſpicis gracilibus aequalibus: femineis erectis, capſulis roſtro bicorni. *Schranck baier. flor.* 1. *p.* 304.

⊢ ⊢ ⊢ *ſpicis androgynis et maſculis.*

polygama. 88. C. ſpicis maſculis terminalibus; androgynis ſuperne maſculis axillaribus pendulis. *Flor. tub. p.* 286.

erecta. 89. C. ſpicis maſculis terminalibus approximatis erectis, androgynis ſuperne maſculis pedunculatis axillaribus erectis. *Flor. tub. p.* 289.

paradoxa. 90. C. ſpicis duabus ſupremis maſculis oblongis gracilibus ſimplicibus: reliquis compoſitis ſpiculis inferioribus confertis maſculis; terminali androgyna ſuperius maſcula. *Flor. tub. p.* 290.

⊢ ⊢ ⊢ ⊢ *ſpicis androgynis et femineis.*

atrata. 91. C. ſpicis androgynis inferne maſculis terminalibus pedunculatis: florentibus erectis; fructiferis pendulis. *Flor. dan. t.* 158.

Pſeudocyperus. 92. C. ſpicis pendulis: pedunculis geminatis: unica androgyna inferne maſcula. *Morif. hiſt. pl.* 3. *t.* 12. *f.* 5.

frigida. 93. C. ſpicis pedunculatis: terminali androgyna ſuperne maſcula, reliquis femineis diſtichis, capſulis longe mucronatis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1391.

⊢⊢⊢⊢⊢ *ſpicis maſculis, androgynis, et femineis.*

brachyſtachys. 94. C. ſpica terminali maſcula, media androgyna ſuperne maſcula, inferioribus femineis ſeſſilibus, capſulis ovato-triquetris. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1387.

cernua. 95. C. ſpicis praelongis: androgynis femineisque ſubſeſſilibus pendulis, capſulis mucronatis ovatis. *Haller hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1396. *Morif. hiſt. pl.* 3. *t.* 12. *f.* 4.

mixta. 96. C. ſpica terminali maſcula, altera androgyna ſuperne maſcula, reliquis femineis ſeſſilibus, capſulis breviter bifurcatis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1398.

fuſca. 97. C. ſpicis maſculis androgynisque pluribus, femineis ſeſſilibus, capſulis ellipticis ſubbifidis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1399.

marcida. 98. C. foliis retrorſum aſperis, ſpicis maſculis androgynisque marcidis: femineis gracillimis; ſuprema ſeſſili, reliquis longiſſime petiolatis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1402.

oblonga. 99. C. ſpicis oblongis: maſcula terminali ſeſſili; androgyna femineaque pedunculatis erectis. *Flor. tub. p.* 286.

nutans. 100. C. ſpicis oblongis; maſculis ſeſſilibus; femineis nutantibus androgynaque media ſuberecta pedunculatis axillaribus. *Flor. tub. p.* 286.

ferax. 101. C. ſpica terminali maſcula ſeſſili, reliquis maſculis cum androgynis ſuperne maſculis et femineis pedunculatis erectis, capſulis inflatis acuminatis. *Flor. Tubing. p.* 288.

inaequalis. 102. C. ſpica maſcula ſeſſili, androgyna media inferne maſcula erecta femineaque ſubnutante pedunculatis. *Flor. tub. p.* 289.

quinata. 103. C. ſpicis maſculis terminalibus androgynaque media inferne maſcula ſeſſilibus, femineis pedunculatis erectis. *Flor. tub. p.* 289.

11 *in diverſis plantis.*

myoſuroides. 105. C. floribus femineis calice corollaque deſtitutis. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 8.

1040. TYPHA. *Amentum* cylindricum. *Cor.* o.
♂. *Cal.* obſoletus, 3phyllus.
♀. *Flores in eadem planta infra*
♂. *Cal.* capillo villoſo. *Sem.*
1. inſidens pappo capillari.

latifolia. 1. T. foliis ſubenſiformibus, ſpica maſcula femineaque approximatis. *Curt. flor. Lond. t.* 171. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 1.

anguſtifolia. 2. T. foliis ſemicylindricis, ſpica maſcula femineaque remotis. *Curt. flor. Lond. t.* 169.

1041. SPARGANIUM. *Flores* conglobati monoici.
Cor. o.
♂. *Cal.* 3phyllus.
♀. *Cal.* 6phyllus. *Stigma* 2fidum.
Drupa exſucca, ſupera, 1locularis, 1-2ſperma.

erectum. 1. Sp. foliis erectis lineari-lanceolatis: nervo elevato. *Mant. p.* 494. *Dod. pempt.* 601. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 19. *f.* 4.

nutans. 2. Sp. foliis decumbentibus lincaribus obtuſis. *Mant. p.* 494. *Fl. dan. t.* 260.

ſimplex. 3. Sp. foliis baſi triangularibus: lateribus planis, pedunculis ſimplicibus. *Curt. flor. Londin.*

1042. ZEA. ♂. *in* distinctis spicis. *Cal.* Gluma 2-flora mutica. *Cor.* Gluma mutica.
♀. *Cal.* Gluma 2valvis. *Cor.* Gluma 2valvis. *Stilus* filiformis, pendulus. *Sem.* solitaria receptaculo oblongo immersa.

Mays. 1. Z. foliis integerrimis. *Blackw. herb. t.* 547. a. b. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 9.

Curagua. 2. Z. foliis serratis. *Molin. hist. nat. Chil. p.* 107.

1147. APLUDA. *Cal.* Gluma communis bivalvis: *flosculo femineo* sessili, *masculisque* pedunculatis, utrinque *cal.* 0. *cor.* bivalvi.
♀. *Sem.* 1. tectum.

mutica. 1. A. foliis lanceolatis, floseulis omnibus muticis.

aristata. 2. A. foliis lanceolatis floseulis masculis muticis, sessili arista terminali.

Zeagiter. 3. A. foliis ovatis, floseulis masculis muticis, sessili arista terminali. *Brown. jam. t.* 4. *f.* 3.

digitata. 4. A. spicis digitatis secundis. *Suppl. p.* 434.

scirpoides. 5. A. foliis longis lanceolatis, culmo ramoso paniculato, floseulis muticis. *Walt. flor. carol. p.* 250.

1045. OLYRA. ♂. *Cal.* Gluma 1flora, aristata. *Cor.* Gluma mutica.
♀. *Cal.* Gluma 1flora, patula, ovata. *Stilus* 2fidus. *Sem.* cartilagineum.

latifolia. 1. O. panicula terminali. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 64. *f.* 2.

pauciflora. 2. O. floribus axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 21.

1043.

1043. COIX. *Cal.* Gluma 2flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica.
♂. 0. in ſpicis remotis.
♀. *Stilus* 2partitus. *Sem.* receptaculo indurato nuciformi tectum, ovatum.

Lacryma. 1. Coix. *Regn. bot. t.* 272. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 10.
β) Coix gigantea. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 211.

THEMEDA. ♂. pedicellati mutici. *Cal.* 1valvis, 1florus. *Cor.* 2valvis.
☿. ſeſſilis interior. *Cal.* 1valvis. *Cor.* 2valvis. *Ariſta* ex receptaculo longiſſima.

polygama. 1. Themeda. *Forsk. Fl. aeg. arab. p.* 178.

1334. MANISURIS. *Cal.* Gluma 2valvis, 1flora: valva exteriore lateribus apiceque emarginata. *Cor.* calice minor.
☿. *Stilus* 2fidus.
♂. lateris inferioris ejusdem ſpicae magis exſtantes.

myuros. 1. Manisuris. *Mant. p.* 300.

1149. CENCHRUS. *Involucrum* laciniatum echinatum 2florum. *Cal.* gluma 2flora: altero floſculo maſculo, altero hermaphrodito. *Cor.* Gluma mutica.

☿. *Sem.* 1.

racemoſus. 1. C. panicula ſpicata, glumis muricatis ſetis ciliaribus. *Schreb. gram* 45. *t.* 4. *an diſtincti generis?*

lappaceus. 2. C. paniculae ramis ſimpliciſſimis, corollis retrorſum hiſpidis, calicibus trivalvibus.

muricatus. 3. C. ſpica muricata: ſquamis variis mucronatis. *Schreb. gram.* 2. *p.* 69. *t.* 34.

capitatus. 4. C. ſpica ovata ſimplici. *Col. ecphr.* 1. *t.* 338. *f.* 1.

echinatus. 5. C. ſpica oblonga conglomerata. *Schreb. gram.* 9. *t.* 23. *f.* 1.

tribuloides. 6. C. ſpica glomerata: glumis femineis globoſis muricato-ſpinoſis hirſutis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 65. *f.* 1.

caroliniaanus. 7. C. ſpica glomerata, glumis globoſis muricato-ſpinoſis laevibus. *Walt. flor. carol. p.* 79.

ciliaris. 8. C. ſpica involucellis ſetaceis ciliatis quadrifloris. *Mant. p.* 302. *Giſeck ic.* 1. *t.* 23.

granularis. 9. C. racemis geminis, fructibus globoſis rugoſo-reticulatis. *Mant. p.* 575. *An ad genus praecedens amandandus?*

fruteſcens. 10. C. capitulis lateralibus ſeſſilibus, foliis mucronatis, caule fruticoſo. *Pr. alp. exot. t.* 104.

ſetoſus. 11. C. ſpica lineari-oblonga: involucris ſetoſis; ſetis inermibus, interioribus baſi villoſis; villis ciliatis, glumis laevibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 26.

DIGYNIA.

PLANERA. *Flores* monoici. *Cor.* o. *Cal.* 4phyllus, ♀. *Stil.* reflexi. *Nux* hinc carinata, inde obtuſa, ſquamoſa, 1locularis.

aquatica. 1. PLANERA. *Walt. flor. carol. p.* 230.

1047. AXYRIS. *Flores* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 3partitus.
♀. *Cal.* 2phyllus. *Capſ.* 1locularis.

ceratoides. 1. A. foliis lanceolatis tomentoſis, floribus femineis lanatis. *Jacq. ic. pl. rar.* 1. *t.* 36.

amaranthoides. 2. A. foliis ovatis, caule erecto, ſpicis ſimplicibus. *Gmel. fl. ſib.* 3. *t.* 3. *Loculi circulares.*

hybrida. 3. A. foliis ovatis, caule erecto, ſpicis conglomeratis. *Gmel. fl. ſib.* 3. *t.* 4. *f.* 1.

proſtrata. 4. A. foliis obovatis, caule ſubdiviſo, floribus capitatis. *Gmel. fl. ſib.* 3. *t.* 4. *f.* 2.

71. BOBARTIA. *Cal.* imbricatus. *Cor.* gluma 2-valvi, ſupera.

indica. 1. Bobartia. *Pluckn. mant. t.* 300. *f.* 7.

72. CORNUCOPIAE. *Involucrum* 1phyllum, infundibuliforme multiflorum. *Cal.* 2valvis. *Cor.* 1valvis.

cucullatum. 1. C. ſpica mutica cucullo crenato. *Pet. gaz. t.* 73. *f.* 5.

alopecuroides. 2. C. ſpica ariſtata, cucullo hemiſphaerico recepta. *Mant. p.* 29. *Alopecuro pratenſi valde affinis.*

altiſſimum. 3. C. panicula coarctata, culmo erecto duro. *Walt. flor. carol. p.* 74.

perennans. 4. C. panicula elongata diffuſa: ramis trichotomis verticillatis, culmis ſubdecumbentibus. *Walt. flor. carol. p.* 74.

hyemale. 5. C. panicula diffuſa verticillata, foliis teretiuſculis, culmo erecto. *Walt. flor. carol. p.* 73.

73. SACCHARUM.

Cal. 2valvis, 1florus, basi lanugine longa cinctus, (interdum 0.) *Cor.* 2valvis. *Nectar.* 2phyllum, minimum.

spontaneum. 1. S. foliis convolutis, panicula effusa: spicis capillaribus simplicibus; floribus remotis involucratis geminatis, altero pedunculato. *Suppl. p.* 106. *Mant. p.* 183. *Rheed. h. malab.* 12. *t.* 46.

officinarum. 2. S. floribus paniculatis, foliis planis. *Planck. pl. med. ic.* 40.

Ravennae. 3. S. panicula laxa: rachi lanata, floribus aristatis. *Spec. pl. p.* 1481. Andropogon Ravennae. *Morif. hist. pl.* 3. *t.* 8. *f.* 32.

Tenerifae. 4. S. foliis subulatis planis, floribus paniculatis muticis, involucro piloso nullo, calice villosissimo. *Suppl. p.* 106.

polystachyon. 5. S. floribus paniculatis: spicis filiformibus longissimis fastigiatis, flosculis remotiusculis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 21.

arundinaceum. 6. S. paniculae confertae pedunculis divisis: flosculis geminis sessili pedicellatoque; corollis trivalvibus polygamis *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 14. *An satis distinctum a sequente?*

bengalense. 7. S. paniculae confertae pedunculis divisis: flosculis geminis sessili pedicellatoque, corollis bivalvibus hermaphroditis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 16. *n.* 27.

biflorum. 8. S. panicula secunda: calicibus unifloris geminatis extus lanatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 16. *n.* 50.

Thunbergii. 9. S. panicula spicata: floribus diandris, culmi geniculis nudis, foliis convolutis. *Thunb. apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 17. *n.* 29.

Koenigii. 10. S. panicula spicata: floribus diandris, culmi geniculis barbatis, foliis planis. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 203. *et Retz. obs. bot. p.* 16. *n.* 28. *An vere constanterque distinctum a spicato?*

spicatum. 11. S. floribus spicatis, foliis undatis. *Cal.* 0. *Cor. valva utraque aristata. Rheed. h. malab.* 12. *t.* 62. *an potius distincti generis?*

12. S.

hirſutum. 12. S. ſpica hirſuta: ſpiculis geminis; altera ſeſſili, altera pedicellata. *Forsk. fl. aeg. ar. p.* 16. *n.* 51.

74. PHALARIS. *Cal.* 2plex, 1florus, uterque 2valvis, carinatus longitudine aequalis, corollam includens. *Nect.* 2phyllum.

canarienſis. 1. Ph. panicula ſubovata ſpiciformi: glumis carinatis piloſis: nectariis binis. *Schreb. gram. t.* 10. *f.* 2. *Plenck. pl. med. ic.* 41.

minor. 2. Ph. panicula ſpiciformi cylindrica: calicibus carinatis nudis, nectario ſolitario. *Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 8.

bulboſa. 3. Ph. panicula cylindrica: glumis carinatis.

nodoſa. 4. Ph. panicula oblonga, foliis ringentibus. *Mant. p.* 557.

aquatica. 5. Ph. panicula ſpiciformi ovato-oblonga: glumis carinatis lanceolatis. *Barr. pl. rar. ic.* 700. *f.* 1.

phleoides. 6. Ph. panicula cylindrica ſpiciformi glabra paſſim vivipara. *Flor. dan. t.* 531.

utriculata. 7. Ph. panicula ſpicata: petalis ariſta articulata, vagina ſupremi folii ſpathiformi. *Scop. del. inſubr.* 1. *t.* 12.

alpina. 8. Ph. panicula ſpicata cylindrica hirſuta: glumis calicinis lanceolatis ariſtatis carina ciliato-hirſutis. *Barr. pl. rar. ic.* 21. *n.* 2.

paradoxa. 9. Ph. panicula cylindrica: floſculis mucronatis; neutris plurimis, infimis praemorſis. *Linn. fil. dec.* 35. *t.* 18. *Schreb. gram. t.* 12.

arundinacea. 10. Ph. panicula oblonga ventricoſa ampla. *Flor. dan.* 259. *Leers fl. herb. t.* 7. *f.* 3.

erucaeformis. 11. Ph. panicula ſecunda lineari, calicibus biſloris. *Gmel. fl. ſib.* 1. *t.* 29.

zizanioides. 12. Ph. panicula ſimpliciſſima: floribus muricatis: altero ſeſſili. *Mant. p.* 183.

oryzoides. 13. Ph. panicula effuſa: glumarum carinis ciliatis, calice nullo. *Schreb. gram. t.* 22. *utrum Leerſiae ſpecies, an diſtincti penitus generis?*

aſpera. 14. Ph. panicula ſpicata tereti: calicibus obcordatis mucronatis. *Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 14.

semiverticillata. 15. Ph. paniculae ramis semiverticillatis patentibus: spiculis muticis ciliatis, foliis glabris. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 17.

districha. 16. Ph. panicula mutica ovata, foliis distichis involutis, culmo ramoso repente. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 17.

cristata. 17. Ph. panicula spiciformi oblonga: valva calicina utrinque crista calice duplo longiore. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 17.

velutina. 18. Ph. spicis alternis filiformibus, culmo foliisque villosissimis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 17.

dentata. 19. Ph. spica cylindrica: glumis muticis carinatis, carina dentata dentibus apice globosis. *Suppl. p.* 106.

hispida. 20. Ph. spicis digitatis: glumis scabris, foliis ovatis. *Thunb. fl. jap. p.* 44.

setacea. 21. Ph. spicata: spiculis solitariis; involucris setaceis flore sesquilongioribus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 17.

vaginiflora. 22. Ph. culmis repentibus, spicis capitatis sessilibus axillaribus: calice inaequali corolla angustiori. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 18. *Vix hujus generis.*

muricata. 23. Ph. spica cylindrica: floribus geminatis, calice fructifero aculeato. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 202.

carolinia-na. 24. Ph. panicula spicata ovata, petalis aristatis, calicibus striatis. *Walt. flor. carol. p.* 74.

SYNTHERISMA. *Cal.* 1florus, 2valvis: valvis planis: exteriore majore coroll. 2valvem aequalem lateribus subamplexante.

praecox. 1. S. culmo decumbente, spica composita: spiculis secundis; dentibus bifloris. *Walt. flor. carol. p.* 76.

serotinum. 2. S. culmo decumbente, spica composita: spiculis secundis; dentibus trifloris. *Walt. flor. carol. p.* 76.

villosum. 3. S. culmo erecto, panicula terminali: spiculis secundis; dentibus bifloris. *Walt. flor. carol. p.* 77.

75. PAS-

75. PASPALUM. *Cal.* 2valvis, orbiculatus. *Cor.* ejusdem magnitudinis. *Stigmata* penicilliformia.

diſſectum. 1. P. ſpicis alternis: rhachi membranacea; floribus alternis apice piloſis. *Pluckn. mant. t.* 350. *f.* 2.

ſcrobiculatum. 2. P. ſpicis alternis: rhachi membranacea, floribus alternis; calicibus multinerviis ſcrobiculatis. *Mant. p.* 29.

villoſum. 3. P. ſpicis alternis ſecundis: rhachi hirſuta, floribus duplici ordine alternis ſecundis. *Thunb. fl. jap. p.* 45.

hirſutum. 4. P. ſpicis alternis ſubbinis: rhachi membranacea, calicibus multinerviis laevibus, foliis pedicellisque hirſutis. *Retz. obſ. bot.* 2. *p.* 7.

diſtichon. 5. P. ſpicis duabus: altera ſeſſili; floribus acuminatis.

conjugatum. 6. P. ſpicis duabus horizontalibus conjugatis: ſpiculis ovatis, culmo erecto, foliis involutis. *Berg. act. helv.* 7. *t.* 8.

vaginatum. 7. P. ſpicis duabus: ſpiculis bifariis acuminatis, culmo ramoſo geniculato: geniculis vaginatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 21.

longiflorum. 8. P. ſpica gemina: floſculis ovali-oblongis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 15.

filiforme. 9. P. ſpica ſubſolitaria lineari ſecunda: ſpiculis alternis ovatis compreſſis, culmo foliisque filiformibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 22.

decumbens. 10. P. ſpica unica ſecunda: pedunculis longiſſimis, ſpiculis alternis orbiculato-acuminatis glabris, culmo procumbente. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 22.

orbiculare. 11. P. ſpicis alternis: rhachi membranacea, floribus bifariam ſecundis orbiculatis laevibus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 7.

paniculatum. 12. P. ſpicis paniculatis verticillato-aggregatis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 72. *f.* 2.

virgatum. 13. P. ſpiculis paniculatis alternis baſi villoſis: floribus geminis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 69. *f.* 2.

membranaceum. 14. P. culmo ramoſo procumbente, ſpica compoſita laevi: ſpiculis ſecundis alternis diſtichis. *Walt. flor. carol. p.* 75.

praecox. 15. P. ſpica compoſita: ſpiculis alternis trifariam poſitis; mediis ſeſſilibus. *Walt. flor. carol. p.* 75.

76. PA-

76. PANICUM. *Cal.* 2valvis, 2florus: floſculo altero hermaphrodito, altero maſculo vel neutro.

* *ſpicata.*

polyſtachyon. 1. P. ſpicis teretibus: involucellis unifloris faſciculato-ſetoſis, culmis erectis ſuperne ramoſis. *Mant. p.* 322. *Rumpf amb.* 6. *t.* 7. *f.* 2. B.

ſericeum. 94. P. ſpica tereti: involucris ſetaceis villoſis unifloris floſculos aequantibus, foliis planis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 88.

verticillatum. 2. P. ſpica tereti: involucellis unifloris biſetis, retrorſum ſcabris. *Curt. flor. Lond. t.* 260.

helvolum. 3. P. ſpica tereti: involucellis unifloris faſciculato-ſetoſis, ſeminibus nervoſis. *Suppl. p.* 107. *nonne idem cum glauco?*

glaucum. 4. P. ſpica tereti: involucellis unifloris faſciculato-piloſis. *Schreb. gram. t.* 25. *Gaertn. de fruct. et ſem. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 3.

viride. 5. P. ſpica tereti: involucellis unifloris triſetis inermibus. *Curt. flor. Lond. t.* 262.
β) Panicum rubinatum. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 64.

alopecuroides. 90. P. ſpica tereti: involucris ſetaceis baſi ciliatis faſciculatis unifloris, floſculo quadruplo longioribus. *Walt. flor. carol. p.* 72.

adhaerens. 6. P. ſpica terete: involucellis unifloris retrorſum aculeatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 20.

diviſum. 7. P. culmo ramoſiſſimo dichotomo, ſpicis hirſutis: ſpiculis geminatis ſeſſilibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 20. *an diſtinctum a dichotomo?*

ſetigerum. 8. P. ſpicis remotis: floſculis ſecundis, rhacheos dentibus ſetigeris. *Bladh. apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 15.

flavidum. 9. P. culmo folioſo compreſſo, ſpiculis remotis ſeſſilibus appreſſis ſecundis paucifloris. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 15.

indicum. 10. P. ſpica ſimplici nuda: pedicellis geminis, culmo adſcendente baſi ramoſo. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 9. *an vere diſtinctum a conglomerato?*

germanicum. 11. P. ſpica ſimplici cernua: ſetis brevibus, pedunculo hirſuto. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 27. *an mera varietas?*

12. P.

italicum. 12. P. spica composita: spiculis glomeratis setis immixtis, pedunculis hirsutis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 75. *f.* 2.

hirtellum. 13. P. spica composita: spiculis adpressis alternis; calicibus geminis: valvulis omnibus aristatis, extima longissima. *Arduin. spec.* 2. *t.* 4.

compositum. 14. P. spica composita: spiculis linearibus secundis; flosculis geminis remotis, calicibus aristatis.

oryzinum. 95. P. spica composita nutante: spiculis secundis aristatis; rhachi trigona. *Ardnin. spec.* 2. *t.* 5.

piliferum. 86. P. spiculis linearibus secundis pilosis minutim aristatis. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 205.

elatius. 15. P. spica composita: spiculis oblongis sparsis adpressis: flosculis confertis; calicibus mucronato-aristatis. *Suppl. p.* 107.

anomalum. 91. P. spica composita, spiculis secundis horizontalibus, culmo decumbente. *Walt. flor. carol. p.* 72.

setosum. 16. P. spica composita: spiculis paniculato-fasciculatis, setis flosculis immistis longissimis, pedunculis subglabris. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 22.

conglomeratum. 17. P. spica secunda subovata: flosculis obtusis. *Mant. p.* 324. *Mant. p.* 184. Panicum indicum. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 91. Aira indica.

colonum. 18. P. spicis alternis secundis muticis ovatis scabris, rhachi teretiuscula. *Ehret ic. pl. t.* 3. *f.* 3.

muticum. 19. P. spicis alternis secundis: spiculis remotis geminatis muticis, altera pedicellata, rhachi trigona flexuosa. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 20. *Colono affine.*

Crus corvi. 20. P. spicis alternis secundis: spiculis subdivisis: glumis subaristatis hispidis, rhachi trigona.

Crus galli. P. spicis alternis conjugatisque: spiculis subdivisis; glumis aristatis hispidis, rhachi quinquangulari. *Flor. dan. t.* 852.

tumidum. 87. P. spiculis turgidis culmo repente. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 205.

stagninum. 21. P. spicis alternis secundis: calicibus bifloris aristatis hispidis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 17.
β) Panicum pictum. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 204.

hispidum. 22. P. spicis alternis subdivisis secundis: floribus geminatis alternis secundis hispidis. *Forst. fl. austr. p.* 7.

23. P.

tetraſtichon. 23. P. ſpicis alternis ſecundis quadrifariam imbricatis: floſculis ſecundis villoſis muticis hinc planis inde gibbis. *Forsk. fl. aeg. p.* 19.

brizoides. 24. P. ſpicis alternis ſeſſilibus ſecundis adpreſſis oblongis, culmo ſuberecto. *Mant. p.* 184. *Pluckn. alm. t.* 191. *f.* 1. *β) Koenig Naturf.* 23. *p.* 206.

lanceolatum. 25. P. ſpicis alternis: calicum valva extima ciliata ariſtata, foliis lanceolatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 17.

fluitans. 26. P. ſpicis alternis ſeſſilibus interſtitiis duplo longioribus: floſculis alternis ſeſſilibus imbricatis ſecundis, culmo decumbente. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 8.

geminatum. 27. P. ſpicis alternis linearibus appreſſis: ſpiculis bifariam imbricatis muticis bifloris, altero floſculo maſculo. *Forsk. fl. aeg. p.* 18.

longiflorum. 28. P. ſpica gemina: floſculis ovali-oblongis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 15.

diſtachyon. 29. P. ſpicis geminis ſecundis laevibus. *Mant. p.* 183. *Spicae interdum tres.*

ſquarroſum. 30. P. ſpicis geminis horizontalibus: involucris ſquarroſis, culmis decumbentibus. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 15. 5. *t.* 1. *an idem cum cenchro muricato?*

hiſpidulum. 31. P. ſpicis binatis ternatisque erectis; calicibus hiſpidis biariſtatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 18.

umbroſum. 32. P. ſpicis ſubquaternis remotis: floſculis geminis inaequaliter pedicellatis, culmo repente flaccido. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 16.

Burmanni. 33. P. ſpicis ſubquaternis remotis ſecundis ſimplicibus, florum glumis binis exterioribus ariſtatis. *Burm. fl. ind. t.* 12. *f.* 1. *an vere diſtinctum ab hirtello?*

ciliare. 34. P. ſpicis ſubdigitatis approximatis erectis linearibus, rhachi flexuoſa, dentibus bifloris, calicibus ciliatis. *Wennerberg apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 16. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 207.

35. P.

An diſtincta ſpecies Panicum muricatum et appreſſum culmo ramoſo, antheris purpureis? Forsk. fl. aeg. arab. p. 20. *an hoc an idem cum colorato?*

aegyptiacum. 35. P. ſpicis ſubdigitatis linearibus: rhachi membranacea flexuoſa, floſculis alternis geminis pedicellatis. *Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 8.

filiforme. 36. P. ſpicis ſubdigitatis approximatis erectis linearibus: rhachi flexuoſa; dentibus biſloris altero ſeſſili. *Jacq. obſ. bot.* 3. *t.* 70.

ſanguinale. 37. P. ſpicis digitatis baſi interiore nodoſis: floſculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. *Flor. dan. t.* 388. *Schreb. gram. t.* 16.

dactylon. 38. P. ſpicis digitatis patentibus baſi interiore villoſis: floribus ſolitariis, ſarmentis repentibus. *Regnault bot. t.* 14.

lineare. 39. P. ſpicis digitatis ſubquaternis linearibus: floſculis ſolitariis ſecundis muticis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 70. *f.* 3.

compreſſum. 40. P. ſpicis digitatis ſecundis compreſſis: ſpiculis ſolitariis bifariam imbricatis biſloris; floſculo altero maſculo. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 18. *utrum cum geminato, turgido, tetraſticho, groſſario, polygamo, diviſo, iſchaemoide, antidoto? quorſum ſpectat aliginoſum Koenigii? hujus, an alterutrius ſequentis generis ſpecies?*

piloſum. 41. P. ſpicis paniculatis alternis ſecundis: ſpiculis geminis acuminatis laevibus; altera minore, rhachi compreſſa piloſa, culmo divaricato geniculato. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 22.

molle. 42. P. ſpicis paniculatis alternis ſecundis patentibus: ſpiculis approximatis pedicellatis ſecundis muticis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 22.

faſciculatum. 43. P. ſpicis paniculatis alternis erectis ſubfaſtigiatis: ſpiculis ſecundis ſubrotundis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 22.

carthaginenſe. 44. P. ſpicis paniculatis foliis brevioribus: ſpiculis ſecundis ovatis acutis, culmo proſtrato geniculato ramoſiſſimo, vaginis pubeſcentibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 22.

** *Paniculata.*

nemoroſum. 45. P. panicula ſimplici: ramis diſtantibus erectis, floribus remotis ſparſis ovatis acuminatis, culmo decumbente geniculato, vaginis piloſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 22.

acuminatum. 46. P. paniculis ſimplicibus foliis brevioribus: ramis capillaribus diffuſis; ſpiculis remotis obovatis, culmo decumbente geniculato ramoſo, foliis erectis vaginisque villoſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 23.

47. P.

rigens. 47. P. panicula ſimplici rigida patente, culmo ramoſo decumbente, foliis horizontalibus ſcabris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 23.

fuſcum. 48. P. panicula ſimplici: ramis erectis, floſculis ſecundis geminis: altero brevius pedicellato, culmo erecto ſubdiviſo, foliis lato-lanceolatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 23.

laxum. 49. P. panicula ſimplici nutante: ramis capillaribus, ſpiculis approximatis: alternis appreſſis, culmo ſimplici filiformi flaccido, foliis lineari-lanceolatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 23.

flaveſcens. 50. P. panicula ſimplici erecta ſtricta: ramis ſubfaſtigiatis; infimis oppoſitis, ſpiculis approximatis ſecundis: pedicellis biſloris. *Swarts nov. gen. et ſp pl. p.* 23.

dichotomum. 51. P. panicula ſimplici, culmo ramoſo dichotomo.

diffuſum. 52. P. panicula ſimpliciuſcula capillari patente: ſpiculis diſtantibus, culmo decumbente ſimplici, foliis linearibus collo piloſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 23.

oryzoides. 53. P. panicula ſubſimplici: ramis erectis, floſculis remotiuſculis ovatis acutis, culmo erecto indiviſo, foliis baſi rotundatis, vaginis laevibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 23.

ramoſum. 54. P. panicula ramis ſimplicibus: floribus ſubternis; inferiore ſubſeſſili, culmo ramoſo. *Mant. p.* 29.

groſſarium. 55. P. panicula ramis ſimplicibus: floribus geminis; pedicello altero breviſſimo, altero longitudine floris. *Burm. fl. ind. t.* 11. *f.* 1.

latifolium. 56. P. panicula racemis lateralibus ſimplicibus, foliis ovato-lanceolatis collo piloſis. *Morif. hiſt. pl.* 3. *t.* 5. *f.* 3.

turgidum. 57. P. paniculae ſpiculis obeſis biſloris polygamis, foliorum vaginis longis ad dichotomias ventricoſis, caule fruticoſo. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 18.

cimicinum. 58. P. panicula umbellata: racemis ſubquaternis, gluma calicina altera ciliata. *Mant. p.* 184. Milium cimicinum.

ariſtatum. 59. P. culmo repente radicante, paniculae ramis indiviſis, floſculis binis ſeſſilibus ariſtatis. *Wennerberg apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 17.

coloratum. 60. P. panicula patente: ſtaminibus piſtillisque coloratis, culmo ramoſo. *Mant. p.* 30. *Jacq. pl. rar. ic.* 1. *t.* 58.

61. P.

flexuosum. 61. P. panicula capillari patente: pedunculis flexuosis, calicibus ovatis, geniculorum barba reflexa. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 3. *p.* 9.

capillare. 62. P. panicula capillari erecta patente, pedunculis strictis foliorum vaginis hirtissimis. *Kniph. bot. orig. cent.* 12. *n.* 72.

patens. 63. P. panicula oblonga flexuosa capillari patente: calicibus bifloris, foliis lineari-lanceolatis, culmo radicante. *Burm. fl. ind. t.* 10. *f.* 3.

muricatum. 64. P. panicula patente: floribus solitariis muricatis, culmo radicante adscendente. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 18.

notatum. 65. P. panicula patente: axillis notatis, foliis lanceolatis ciliatis. *Wennerb. apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 18.

remotum. 66. P. paniculae ramis triquetris: flosculis subgeminatis; altero pedicellato, culmo ramoso tetragono-compresso. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 17.

antidoton. 67. P. panicula nutante: calicibus bifloris polygamis acutis, culmo erecto ramosissimo. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 17.

miliaceum. 68. P. panicula laxa flaccida, foliorum vaginis hirtis, glumis mucronatis nervosis. *Regn. bot. t.* 381.
β) *Morif. hist. pl.* 3. *t.* 5. *f.* 2.

repens. 69. P. panicula virgata; foliis divaricatis.

virgatum. 70. P. panicula virgata, glumis acuminatis laevibus: extima dehiscente.

curvatum. 71. P. panicula racemosa, glumis curvatis obtusis nervosis.

divaricatum. 72. P. paniculis brevibus muticis: pedicellis bifloris; altero breviore, culmo ramosissimo divaricatissimo.

trigonum. 73. P. panicula erecta: pedunculis bifloris, calicibus obtusis hispidis unifloris, seminibus trigonis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 3. *p.* 9.

ischaemoides. 74. P. panicula erecta rara contracta: calicibus bifloris polygamis acutis, culmo simplici, foliis distichis rigidis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 17. *et Naturf.* 23. *p.* 209.

clandestinum. 75. P. racemis occultatis intra foliorum vaginas. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 80.

pallens. 76. P. panicula composita ovata: ramis confertis erectis, spiculis ovatis subulatis, culmo subdiviso geniculato, vaginis collo margineque ciliatis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 23.

lunatum. 77. P. panicula compoſita erecta glabra: ſpiculis ovatis, culmo ramoſo, foliis pubeſcentibus, vaginis lanuginoſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 24.

arundinaceum. 78. P. panicula compoſita patente: ramis ramulisque ſtrictis papillaribus, ſpiculis ſubrotundis, culmo ſubdiviſo geniculato, foliis rigidis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 24.

polygamum. 79. P. panicula compoſita capillari patente; floſculis polygamis, culmi articulis hirſutis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 24.

glutinoſum. 80. P. panicula compoſita patente: ramis flexuoſis; ſpiculis pedicellatis diſtantibus glutinoſis, culmo erecto ſimplici. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 71. *f.* 3.

breviſolium. 81. P. panicula ramoſiſſima patente: ramis ramulisque ſubdiviſis capillaribus, culmo declinato geniculato, foliis glaberrimis: vaginis longitudinaliter ciliatis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 72. *f.* 3.

arboreſcens. 82. P. paniculatum ramoſiſſimum procumbens, foliis ovato-oblongis acuminatis, ſpiculis ſubgloboſis. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 208.

radicans. 83. P. paniculatum, culmo ramoſo radicante, foliorum baſi vaginisque longitudinaliter ciliatis. *Wennerb. apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 18.

caffrorum. 84. P. panicula verticillatim ramoſa, corollis nullis, nectariis villoſo-laceris. *Retz. obſ. bot.* 2. *p.* 7.

maximum. 85. P. panicula terminali erecta longa: racemis lateralibus patentibus verticillatis alternisque, culmo erecto ſimplici compreſſo glabro. *Jacq. collect.* 1. *p.* 76.

palmaefolium. 88. P. foliis ſulcatis, culmo erecto. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 208.

fugax. 89. P. culmo decumbente, paniculis celerrime marcidis. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 209.

ſpecioſum. 92. P. panicula elongata erecta geniculata: ramis verticillatis ſimplicibus brevibus; floribus ſolitariis ſubſeſſilibus. *Walt. flor. carol. p.* 73.

nudum. 93. P. culmo geniculato erecto nudo, floribus ſolitariis remotis verticillatis: pedunculis longiſſimis. *Walt. flor. carol. p.* 73.

*** *tri-*

*** *tribus incertae.*

falcatum. 96. P. latifolium, foliis lyratis. *Aubl. pl. guj.*

maculatum. 97. P. scandens, caule arundinaceo. *Aubl. pl. guj.*

CHLORIS. *Cal. Gluma communis* 2valvis, 2flora, *flosculis* apetalis aristatis.

♂. *Cal.* Gluma 1valvis.

♀. sessilis. *Cal.* Gluma 2valvis.

cruciata. 1. Chl. spicis subquaternis cruciatis: flosculis acuminatis. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 91. *n.* 15. Agrostis cruciata. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 69. *f.* 1.

ciliata. 2. Chl. spicis digitatis subquinis: glumis margine ciliatis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 25.

petraea. 3. Chl. spicis quaternis strictis erectiusculis: spiculis confertis glabris muticis, culmo compresso. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 25.

polydactyla. 4. Chl. spicis plurimis fasciculatis laxis: glumis margine ciliato-villosis. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 669. *n.* 18. Andropogon polydactylon. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 65. *f.* 2.

radiata. 5. Chl. spicis plurimis fasciculatis erectiusculis: flosculis subulatis glabris. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 669. *n.* 17. Andropogon fasciculatum. *Sloane hist. jam.* 1. *t.* 69. *f.* 2.

β) Agrostis radiata. *Syst. nat.* XII. 2. *p.* 91. *n.* 14. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 68. *f.* 3.

1145. ANDROPOGON. *Flores* polygami. *Cal.* Gluma 1flora. *Cor.* Gluma basi aristata.

♀. *Sem.* 1.

caricosus. 1. A. spica solitaria imbricata, seminibus hirsutis, aristis nudis contortis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 7. *f.* 2. A.

contortus. 2. A. spica solitaria: flosculis hinc masculis muticis, inde femineis longissimis unito contortoque aristatis. *Suppl. p.* 432. *Morif. hist. pl.* 3. *t.* 4. *f. ult.*

crinitus. 3. A. spica solitaria hirsuta: aristis nudis geniculatis longissimis. *Thunb. fl. jap. p.* 40.

divaricatus. 4. A. spica oblonga: floribus lanatis remotis divaricatis; arista flexuosa nuda.

serratus. 5. A. spica simplici imbricata: seriebus binis florum aristatis sessilium, binis muticis pedicellatorum, calicibus univalvibus. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 21.

brevifolius. 6. A. spicis lateralibus solitariis: floseulis alternis remotis, culmo geniculato compresso. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 26.

distachyos. 7. A. spicis binis terminalibus, culmo indiviso. *Ger. fl. prov. t.* 3. *f.* 2.

binatus. 8. A. spicis geminis lanatis: calicum valva altera acuminata, altera truncata tridentata, petalo majore aristato. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 21.

ramosus. 9. A. spicis terminalibus conjugatis: spiculis geminis; mascula mutica pedicellata, culmo ramoso. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 173.

annulatus. 10. A. spicis ad apicem culmi confertis alternis: floribus appressis geminatis; masculo mutico pedicellato, culmo erecto ramoso. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 173.

barbatus. 11. A. spicis digitatis, calicibus persistentibus, corollis ciliatis. *Mant. p.* 302. 588.

muticus. 12. A. spicis digitatis subternis: floseulis alternis sessilibus muticis.

Ischaemum. 13. A. spicis digitatis plurimis: floseulis sessilibus aristato muticoque; pedicellis lanatis. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 384. *Schreb. gram. t.* 33.

incurvatus. 14. A. spicis filiformibus subdigitatis: floribus geminatis; femineo pedicellato aristato, masculo sessili mutico, calicibus univalvibus. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 21.

Bladhii. 15. A. spicis suboctonis: floseulo hermaphrodito sessili aristato; neutro pedunculato ciliato mutico. *Bladh. apud Retz. obs. bot.* 2. *p.* 27.

provincialis. 16. A. spicis fasciculatis laevibus: floseulis alternis subsessilibus secundis aristatis. *Retz. obs. bot.* 3. *p.* 43.

Schoenanthus. 17. A. paniculae spicis conjugatis ovato-oblongis, rhachi pubescente, floseulis sessilibus; arista tortuosa. *Rumpf amb.* 5. *t.* 72.

virginicus. 18. A. paniculae spicis conjugatis: pedunculis simplicibus, rhachi lanata, floseulis muticis: masculo tabescente. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 68. *f.* 2.

19. A.

bicornis. 19. A. paniculae ſpicis conjugatis: pedunculis ramoſiſſimis, rhachi lanata, floſculis ariſta caduca; maſculo tabeſcente. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 15.

hirtus. 20. A. paniculae ſpicis conjugatis: calicibus hirſutis. *Pluckn. alm. t.* 92. *f.* 1.

faſtigiatus. 21. A. paniculae ſpicis ſolitariis: pedunculis elongatis ſubfaſtigiatis, rhachi lanata, floſculis ariſtatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 26.

ſaccharoides. 22. A. paniculae ramis ſimplicibus: floſculis geminis; hermaphrodito ariſtato ſeſſili, altero mutico pedicellato tabeſcente, rhachi pedicellisque lanatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 26.

glaucus. 23. A. panicula foliacea: involucellis calicibusque biſloris, florum ſeſſilium calicibus trivalvibus, pedicellatarum bivalvibus. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 20.

aciculatus. 24. A. panicula contracta erecta: pedunculis triſloris: floſculis maſculis binis pedicellatis acuminatis, femineo ſeſſili ariſtato. *Rumpf amb.* 6. *t.* 5. *f.* 1.

muricatus. 25. A. panicula contracta: ſpicis verticillatis; calicibus muticis muricatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 43.

ſquarroſus. 26. A. panicula conferta: glumis ſubulatis ſcabris. *Suppl. p.* 433.

Gryllus. 27. A. paniculae pedunculis ſimpliciſſimis triſloris: floſculo hermaphrodito ſeſſili ariſtato ciliato baſi barbato. *Bauh. th. bot. p.* 149. *ic.*

nutans. 28. A. panicula nutante: ariſtis tortuoſis laevibus, glumis calicinis hirſutis.

ciliatus. 29. A. panicula cernua: calice exteriore multiſloro ciliato; ariſtis contortis piloſis. *Thunberg fl. jap. p.* 40.

ſerratus. 30. A. panicula laxa: floſculo altero ſeſſili, altero pedicellato: pedicellis hirſutis. *Thunb. fl. jap. p.* 41.

cotuliferus. 31. A. panicula patula villoſa: ariſta tortili nuda; pedicellis incraſſatis. *Thunb. fl. jap. p.* 41.

cymbariformis. 32. A. panicula ſparſa: bracteis cymbiformibus, floribus transverſis ariſtatis ternis. *Mant. p.* 302.

alopecuroides. 33. A. panicula laxa: rhachi lanata; floſculo utroque ariſta flexuoſa. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 70. *f.* 1.

insularis. 34. A. panicula laxa glabra: floſculis geminis muticis; pedicello altero breviore, calicibus lanatis. *Rottb. act. litter. Hafn.* 1. *t.* 1. *f.* 2. Panicum lanatum. *An hujus aut milii ſpecies?*

Nardus. 35. A. paniculae ramis ſupradecompoſitis proliferis. *Rumpf amb.* 4. *t.* 6?

proſtratus. 36. A. pedunculis umbellato-quinqueflori ecaliculatis: floſculo hermaphrodito ariſtato. *Mant. p.* 304.

undatus. 37. A. panicula erecta ramoſa: ſpicis alternis ſubternis; floſculis ternis, maſculo inferiore ſeriore. *Jacq. collect.* 3. *p.* 238.

afer. 38. A. ſpicis ſubternis terminalibus: floſculis omnibus ariſtatis. *Bruce trav. in Eg. Ar. Ab. and. Nub.* 5. *app. p.* 47. *ic. an hujus generis?*

77. PHLEUM. *Cal.* 2valvis, ſeſſilis, linearis, truncatus: apice bicuſpidato. *Cor.* incluſa.

pratenſe. 1. Phl. ſpica cylindrica longiſſima ciliata, culmo erecto. *Schreb. gram. t.* 14.

nodoſum. 2. Phl. ſpica cylindrica, culmo adſcendente, foliis obliquis, radice bulboſa. *Flor. dan. t.* 380. *Gaertn. de fruct. et ſem. pl. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 1.

alpinum. 3. Phl. ſpica ovato-cylindrica. *Flor. dan. t.* 213.

arenarium. 4. Phl. ſpica ovata ciliata, culmo ramoſo. *Pluckn. alm. t.* 33. *f.* 8.

ſchoenoides. 5. Phl. ſpicis ovatis obvolutis, foliis breviſſimis mucronatis amplexicaulibus; *an idem cum anthoxantho aculeato?*

Bellardi. 9. Phl. ſpica ſubovata: glumis ciliatis, culmo geniculato. *Bellard. ap. Vitmann ſum. plant.* 1. *p.* 176.

Gerardi. 10. Phl. ſpica ſubrotunda: glumis ciliatis, caule ſimplici, foliorum vaginis ventricoſis. *Allion. flor. pedem.*

viride. 11. Phl. ſpica cylindrica laevi, culmo erecto. *Allion. flor. pedem.*

Michelii. 12. Phl. ſpicis cylindricis paniculatis hirſutis: calicibus lanceolatis. *Barr. ic.* 21. *f.* 2.

alopecuroides. 6. Phl. ſpicis cylindricis ſolitariis: glumis ſubvilloſis, culmo adſcendente. *Pill. et Mitterp. it. ſlavon. p.* 147. *t.* 16. *An diſtincta hujus generis ſpecies?*

7. Phl.

asperum. 7. Phl. panicula erecta spicata densa glabra: glumis mucronatis dorso subserratis. *Jacq. collect.* 1. *p.* 110.

paniculatum. 8. Phl. panicula cylindrica spicaeformi: glumis nudis, culmo subramoso. *Hudf. flor. angl.* 26.

78. ALOPECURUS. *Cal.* 2valvis. *Cor.* 1valvis. *Nectar.* 0.

indicus. 1. A. spica tereti: involucellis setaceis fasciculatis bifloris, pedunculis villosis. *Pluckn. alm. t.* 92. *f.* 5.

bulbosus. 2. A. culmo erecto, spica cylindrica, radice bulbosa. *Raj. syn. angl.* 3. *t.* 20. *f.* 2.
β) Alopecurus sericeus. *Gaertn. de fruct. et sem. cent.* 1. *t.* 1. *f* 2.

pratensis. 3. A. culmo spicato erecto: glumis villosis, corollis muticis. *Schreb. gram. t.* 19. *f.* 1.

agrestis. 4. A. culmo spicato erecto: glumis laevibus. *Fl. dan. t.* 697. *Schreb. gram. t.* 19. *f.* 2.

ciliatus. 11. A. culmo spicato erecto, glumis ciliatis. *Allion. flor. pedem.*

geniculatus. 5. A. culmo spicato infracto, corollis muticis. *Leers fl. herb. t.* 2. *f.* 7.

carolinianus. 6. A. culmo radicante, panicula subspicata, glumis laevibus, corollis aristatis. *Walt. flor. carol. p.* 74.

typhoides. 12. A. racemo simplici: flosculis muticis. *Pluckn. alm. t.* 32. *f.* 4.

hordeiformis. 7. A. racemo simplici: flosculis aristis circumvallatis. *Pluckn. alm. t.* 119. *f.* 1.

monspelienſis. 8. A. panicula subspicata: calicibus scabris, corollis aristatis. *Schreb. gram. t.* 20. *f.* 3.

paniceus. 9. A. panicula subspicata: glumis villosis, corollis aristatis. *Flor. dan. t.* 861.

caudatus. 10. A. panicula spicata caudata: flosculis aristis circumvallatis. *Thunb. nov. act. Upſ.* 3. *p.* 208.

ovata. 18. A. panicula ovata coarctata spicae aemula: petalo exteriore ante apicem aristato. *Forſt. fl. auſtr. p.* 8.

79. MILIUM. *Cal.* 2valvis, 1florus: valvis subaequalibus. *Cor.* breviſſima. *Stigm.* penicilliformia.

capenſe. 1. M. panicula capillari: calicibus acuminatis, corollis ariſta terminali curva. *Mant. p.* 185.

punctatum. 2. M. paniculae ramis ſimpliciſſimis: floribus alternis geminis ſecundis.

lendigerum. 3. M. panicula ſubſpicata: floribus ariſtatis. *Schreb. gram. t.* 23. *f.* 3.

effuſum. 4. M. floribus paniculatis diſperſis muticis. *Curt. flor. Lond. faſc.* 43.

confertum. 5. M. floribus paniculatis confertis.

paradoxum. 6. M. floribus paniculatis ariſtatis. *Schreb. gram. t.* 23. *f.* 2.

globoſum. 7. M. panicula patula: glumis muticis, pedicellis cingulo luteo. *Thunb. fl. jap. p.* 49.

compreſſum. 8. M. ſpicis ſubternis: floſculis alternis muticis rhachi adpreſſis, culmo medio articulato-compreſſo, pedunculis longiſſimis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 24.

paniceum. 9. M. ſpicis ſubdigitatis alternis approximatis filiformibus: floſculis ſecundis muticis adpreſſis trigonis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 24.

digitatum. 10. M. ſpicis digitatis ſubquaternis ſubſeſſilibus: floſculis muticis adpreſſis ſecundis, foliis margine cartilagineo-ſerratis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 24.

80. AGROSTIS. *Cal.* 2valvis, 1florus, corolla paulo minor. *Petalum* exterius glabrum. *Stigmata* longitudinaliter hiſpida.

* *Ariſtatae.*

Spica venti. 1. Agr. petalis integris: exteriore ariſta recta ſtricta longiſſima, panicula patula. *Flor. dan. t.* 853.

2. Agr.

Medium inter alopecurum et cornucopiae genus, corolla pariter 1valvi, at neque involucratum neque ariſtatum, in Chirokeſium terra nuper inventum, egregie paſcuis inſerviens, nondum ſatis notum.

interrupta. 2. Agr. petalis bifidis: exteriore ariſtato, panicula attenuata coarctata interrupta. *Vaill. bot. pur. t.* 71. *f.* 4.

miliacea. 3. Agr. petalo exteriore ariſta terminali recta ſtricta mediocri.

bromoides. 4. Agr. panicula ſimplici anguſtata: corolla pubeſcente: ariſta recta calice longiore. *Gouan ill. et obſ. bot.* 3. *t.* 1. *f.* 3.

auſtralis. 5. Agr. panicula ſubſpicata, ſeminibus ovatis pubeſcentibus: ariſta longitudine calicis. *Mant. p.* 30.

alpina. 6. Agr. foliis ſetaceis, panicula coarctata, calicibus hiſpidiuſculis coloratis: petalo exteriore ariſta dorſali geniculata. *Flor. dan. t.* 161.

vinealis. 7. Agr. calicibus coloratis, petalorum ariſta dorſali longitudine fere calicis, culmis adſcendentibus. *Schreb. ſpic. fl. Lipſ. p.* 47.

ſerotina. 8. Agr. panicula floſculis oblongis mucronatis, culmo obtecto foliis breviſſimis. *Mant. p.* 30.

rubra. 9. Agr. paniculae parte inferiore prius florente patentiſſima: ariſta terminali tortili recurva.

ſpiciformis. 10. Agr. panicula ſpicae aemula, floſculis biariſtatis: corollis hirtis; ariſta altera receptaculo inſerta geniculata longiori, altera infra apicem corollae recta. *Suppl. p.* 108.

hirſuta. 11. Agr. panicula ſubſpicata, caule foliisque hirſutis, petalis dorſo ariſtatis apice bifidis. *Suppl. p.* 108.

Matrella. 12. Agr. floribus racemoſis: calicis valva exteriore incurva carinae apice tantum dehiſcente. *Mant. p.* 185.

Laerſii. 13. Agr. calicibus elongatis, petalorum ariſta dorſali recurva, culmis proſtratis ſubramoſis. *Leers fl. herb. t.* 4. *f.* 2.

gigantea. 14. Agr. paniculae parte ſuperiore prius florente patentiſſima, calicibus hiſpidis, petalo exteriore glabro: dorſo ſuperne ſubariſtato, culmo erecto. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 31.

dubia. 15. Agr. calicibus aequalibus laevibus, corollis infra apicem mucronatis, foliis ſetaceis. *Leers fl. herb. n.* 56.

feſtucoides. 16. Agr. foliis ſetaceis, panicula patula, petalis baſi ariſta inflexa calicibus duplo longiore. *Hall. hiſt. ſtirp. helv.* 2. *n.* 1478.

filiformis. 17. Agr. foliis culmisque filiformibus, panicula approximata: floſculis baſi ariſtatis glabris. *Villars pl. delph.* 2. *p.* 78.

Cinna. 18. Agr. petalo exteriore ſubariſtato, nectarii foliolis minimis obtuſiusculis, panicula oblonga attenuata ſecunda. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 52. Cinna arundinacea. *Floſculi* 1-3 *andri.*

** *Muticae.*

verticillata. 19. Agr. panicula recta verticillis radiatis rigidis interrupta. *Villars pl. delph.* 2. *p.* 74.

ſtricta. 43. Agr. panicula ſtricta pauciflora, culmo erecto. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1476.

linearis. 20. Agr. ſpicis ſubquaternis digitatis: floſculis unilateralibus alternis adpreſſis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 19. *an hujus generis?*

procera. 21. Agr. paniculae pedunculis racemoſis erectiuſculis: floribus hirſutis lanceolatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 19.

coromandeliana. 22. Agr. panicula ovata patente: pedunculis ſimplicibus; floribus ſecundis; calicibus aequalibus acutis nitidis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 19.

diandra. 23. Agr. panicula elongata contracta: floribus ſubulatis diandris, foliis convolutis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 19.

purpuraſcens. 24. Agr. panicula contracta elongata: ramis adpreſſis erectis; floſculis inaequalibus acuminatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 25.

ſtolonifera. 25. Agr. paniculae ramulis patentibus, culmo repente, calicibus aequalibus. *Flor. dan. t.* 564. *An cum capillari, alba, virginica, ſylvatica et pumila ejusdem ſpeciei varietas, ex ſoli diſcrimine nata?*

capillaris. 26. Agr. panicula capillari patente: calicibus aequalibus ſubulatis hiſpidiuſculis coloratis. *Flor. dan. t.* 163. *an alopecuri ſpecies?*

emarginata. 8. F. foliolis ovatis emarginatis venoſis, racemis terminalibus compoſitis: floribus triandris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p. 33. Sloan. hiſt. jam. 2. t. 168. f. 4.*

trifoliata. 9. F. foliis ternatis: foliolis obovatis ſubemarginatis nitidis ſubtus punctatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p. 33.*

zeylanica. 10. F. capſulis omnibus didymis bilocularibus. *Gaertn. de fr. et ſem. cent. 5. t. 68. f. 9. an diſtincta ſpecies?*

pentandra. 11. F. caule arboreo aculeato, foliis pinnatis ovato-oblongis, floribus paniculatis terminalibus pentandris. *Aubl. pl. guj. 1. p. 78. t. 30. an hujus generis?*

MAYE-

MAYEPEA. *Cal.* 4partitus. *Petala* 4 in filamentum terminata, cavitate ſua antheras recondentia. *Stil.* 0. *Drupa* 1locularis. *Nux* lignoſa, 1ſperma.

gujanenſis. 1. MAYEPEA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 81. *t.* 31.

1290. AEGIPHILA. *Cal.* 4dentatus. *Cor.* 4fida. *Stilus* ſemibifidus. *Bacca* 4ſperma.

martinicenſis. 1. Ae. foliis ovato-lanceolatis acuminatis glabris, ramis diffuſis, paniculis terminalibus axillaribusque: calicibus glabris. *Mant. p.* 198. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 16.

elata. 2. Ae. foliis ellipticis acuminatis membranaceis, paniculis terminalibus: calicibus pubeſcentibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 31.

villoſa. 3. Ae. foliis ovatis integerrimis ſubtus incanis, corymbis oppoſitis ſubaxillaribus; calicibus villoſis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 62. *t.* 23.

arboreſcens. 4. Ae. caule arboreo, foliis ovato-acuminatis glabris integerrimis, corymbis axillaribus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 64. *t.* 24.

laevis. 5. Ae. caule fruticoſo, foliis ovato-acuminatis glabris undulatis, corymbis oppoſitis ſubaxillaribus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 66. *t.* 25.

foetida. 6. Ae. foliis ovato-lanceolatis, ſubtus petiolisque hirſutis, pedunculis axillaribus ſolitariis. *Swarts nov. pl. gen. et. ſp. p.* 32.

trifida. 7. Ae. foliis ovato-lanceolatis glabris, pedunculis axillaribus trifidis confertis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 32.

JUNGHANSIA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4partitus inferus. *Filamenta* receptaculo inſerta. *Stigma* 4-5fidum. *Drupa* ſubgloboſa: *Nux* 4-5-locularis; *nuclei* ſolitarii.

faginea. 1. JUNGHANSIA. *Burm. afr.* 235. *t.* 82.

152. PTELEA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4partitus, inferus. *Capſ.* 2locularis, margine membranaceo elata, ſupera. *Semina* ſolitaria.

trifoliata. 1. PTELEA. foliis ternatis. *Trew rar.* 12. *t.* 9. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 49. *f.* 3.

1361. HYDROPHYLAX. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* 4partitus. *Fructus* anceps 1ſpermus.

maritima. 1. HYDROPHYLAX. *Suppl. p.* 126.

151. TOMEX. *Cal.* 1phyllus, cylindricus. *Stamina* longa. *Stigma* emarginatum: *Bacca.*

glabra. 1. TOMEX. foliis ovatis glabris, ſtaminibus baſi connatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 30.

SCEURA. *Cal.* 8fidus. *Cor.* campanulata, 1petala, infera. *Sem.* 1calice coronatum.

marina. 1. SCEURA. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 37.

RORIDA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 1petala, 4partita: laciniis patulis. *Stam.* inaequalia. *Capſ.* oblonga polyſperma.

arabica. 1. RORIDA. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 35.

1292. SIRIUM. *Cal.* 4fidus. *Cor.* 0. *Nectarium* 4phyllum, claudens calicem. *Germen* inferum. *Stigma* 3fidum. *Bacca* 3locularis.

myrtifolium. 1. SIRIUM. *Mant. p.* 200.

153.

153. LUDWIGIA. *Cor.* 4petala aut o. *Cal.* 4partitus, ſuperus. *Capſ.* 4gona, 4locularis, infera, polyſperma.

* *corollatae.*

alternifolia. 1. L. foliis alternis lanceolatis, caule erecto. *Trew. Ehret.* 2. *t.* 2.

oppoſitifolia. 2. L. foliis oppoſitis lanceolatis, caule diffuſo.

repens. 3. L. foliis oppoſitis ovatis, pedunculis ſolitariis axillaribus, caule repente. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 33.

erigata. 4. L. foliis oppoſitis lanceolatis, caule erecto. *Mant. p.* 40.

ſuffruticoſa. 5. L. caule ſuffruticoſo, foliis lineari-lanceolatis, capitulo bracteato terminali. *Walt. flor. carol. p.* 90.

rudis. 6. L. caule ramoſo ſubpiloſo decumbente, foliis alternis ovato-lanceolatis. *Walt. flor. carol. p.* 89.

arcuata. 7. L. caule repente, floribus arcuatis. *Walt. flor. carol. p.* 89.

piloſa. 8. L. calicibus, foliis cauleque erecto piloſis. *Walt. flor. car. p.* 89.

decurrens. 9. L. caule erecto, foliis alternis: petiolis decurrentibus, radice lanoſa. *Walt. flor. car. p.* 89.

linearis. 10. L. caule erecto, foliis alternis linearibus, capſulis oblongis. *Walt. flor. carol. p.* 89.

ramoſiſſima. 11. L. caule erecto ramoſiſſimo, foliis alternis lineari-lanceolatis, floribus axillaribus pedicellatis. *Walt. flor. carol. p.* 89.

** *apetalae.*

apetala. 12. L. caule repente foliis oblongis obtuſis oppoſitis. *Walt. flor. carol. p.* 89.

glandulo-ſa. 13. L. caule ramoſo ſtolonifero, foliis ovato-lanceolatis alternis, floribus ſolitariis axillaribus ſeſſilibus. *Walt. flor. carol. p.* 88. 89.

trifolia. 14. L. foliis ternis ovato-lanceolatis, floribus terminalibus pedunculatis. *Burm. ind.*

AZIMA. *Cal.* membranaceus 3-4fidus. *Cor.* 4petala calicina. *Capſ.* 1locularis, 1ſperma.

nova. 1. AZIMA. *la Marck. encycl.* 1. *p.* 343.

CANSCORA. *Cal.* ventricoſus 2alatus, 2fidus. *Petal.* 4: 2majora. *Capſ.* polyſperma.

ventricoſa. 1. CANSCORA. *la Marck encycl.* 1. *p.* 602.

1362. BANKSIA. *Amentum* ſquamatum. *Cal.* 4fidus. *Cor.* 4fida. *Antherae* in cavitate laciniarum ſeſſiles. *Capſ.* 2ſperma, 1-2locularis, diſſepimento mobili.

ſerrata. 1. B. foliis linearibus in petiolum attenuatis aequaliter ſerratis apice truncatis mucronatis. *Suppl. p.* 126. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 48. *f.* 1.

integrifolia. 2. B. foliis cuneiformibus integerrimis ſubtus tomentoſo-albis. *Suppl. p.* 127. *Gaertn. de fr. et ſem cent.* 3. *t.* 48. *f.* 2.

ericaefolia. 3. B. foliis approximatis acerosis truncato-emarginatis glabris. *Suppl. p.* 127.

dentata. 4. B. foliis oblongis in petiolum attenuatis curvis flexuoſis dentatis: dentibus ſpinula terminatis; ſubtus albis. *Suppl. p.* 127.

pyriformis. 5. B. capſula turbinata lignoſa pubeſcente unioculari. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 47. *f.* a-f.

dactyloides. 6. B. capſulis aggregatis ovato-globoſis lignoſis unilocularibus. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 47. *f.* i-m.

muſculiformis. 7. B. capſula ovato-conica acuminata lignoſa unioculari, tuberculis gyrisque inaequali. *Rumpf amb.* 2. *t.* 60.

MACUCUA. *Cal.* 4partitus. *Cor.* 4fida: tubo breviſſimo. *Germen* minimum. *Stilus.* 0.

gujanenſis. 1. MACUCUA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 88. *t.* 34.

POIRE-

POIRETIA. *Cor.* hypocrateriformis. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* polyſperma, 2dyma, apice dehiſcens.

erecta. 1. P. caule erecto. *Walt. flor. carol. p.* 86.

procumbens. 2. P. caule procumbente. *Walt. flor. carol. p.* 86.

154. OLDENLANDIA. *Cor.* 4fida. *Cal.* 4dentatus, ſuperus. *Capſ.* 2locularis, infera, polyſperma.

verticillata. 1. O. floribus verticillatis ſeſſilibus, ſtipulis ſetigeris. *Mant. p.* 40. *Rumpf amb.* 6. *t.* 10.

trinervia. 2. O. caule decumbente, foliis ovatis trinerviis, floribus verticillatis axillaribus, capſulis hiſpidis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 23.

repens. 3. O. capſulis ſeſſilibus hiſpidis, foliis lanceolatis. *Mant. p.* 40. *Burm. fl. ind. t.* 15. *f.* 2.

tenuifolia. 4. O. pedunculis axillaribus ſolitariis unifloris, foliis linearifubulatis. *Burm. fl. ind. t.* 14. *f.* 1.

capenſis. 5. O. pedunculis axillaribus unifloris, foliis linearibus acutis. *Suppl. p.* 127.

uniflora. 6. O. pedunculis ſimpliciſſimis lateralibus, fructibus hirtis, foliis ſubovatis acutis. *Pluckn. alm. t.* 74. *f.* 5.

biflora. 7. O. pedunculis bifloris petiolo longioribus, foliis lanceolatis. *Burm. fl. zeyl. t.* 11.

pentandra. 8. O. foliis linearibus, pedunculis bifloris, floribus pentandris monogynis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 22.

umbellata. 9. O. umbellis nudis lateralibus alternis, foliis linearibus. *Pluckn. alm. t.* 119. *f.* 4.

hirſuta. 10. O. umbellis axillaribus, caule calicibusque hiſpidis, foliis ovatis acutis. *Suppl. p.* 127.

debilis. 11. O. umbellis axillaribus pedunculatis paucifloris, foliis ovatis ſeſſilibus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 10.

foetida. 12. O. umbella terminali trichotoma, foliis ſpatulatis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 10.

corymbosa. 13. O. pedunculis multifloris, foliis lineari-lanceolatis. *Ehret. pict. t. 2. f. 1. Gaertn. de fr. et sem. cent. 2. t. 30. f. 3.*

paniculata. 14. O. pedunculis paniculatis terminalibus, foliis ovali-lanceolatis. *Burm. fl. zeyl. t. 71. f. 2.*

stricta. 15. O. pedunculis racemosis terminalibus, foliis linearibus, caule erecto brachiato. *Pluckn. mant. t. 332. f. 2.*

digyna. 16. O. foliis lanceolatis, floribus pentandris digynis sessilibus. *Koenig apud Retz. obs. bot. 4. p. 23.*

CARPHALEA. *Cor.* tubo filiformi longo; fauce ventricosa; limbo 4partito. *Antherae* subsessiles. *Cal.* turbinatus 4fidus. *Capsl.* 2locularis, 2valvis, polysperma.

madagascariensis. 1. CARPHALEA. *Juss. gen. plant. p. 198.*

155. AMMANNIA. *Cor.* 4petala, calici inserta vel 0. *Cal.* 1phyllus, plicatus, 8dentatus, inferus. *Capsl.* 4locularis.

latifolia. 1. A. foliis semiamplexicaulibus, caule tetragono, ramis erectis. *Mant. p. 331. Sloan. hist. jam. 1. t. 7. f. 4.*

ramosior. 2. A. foliis semiamplexicaulibus, caule tetragono, ramis patentissimis. *Mant. p. 332. Jungh. pl. ic. cent. 1. n. 7.*

debilis. 3. A. foliis lanceolatis basi attenuatis, caule ramoso, floribus fasciculatis axillaribus, capsulis bilocularibus. *Ait. hort. Kew. 1. p. 163.*

sanguinolenta. 4. A. foliis semiamplexicaulibus basi cordatis, floribus subpedunculatis octandris petaligeris. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p. 33.*

baccifera. 5. A. foliis subpetiolatis, capsulis calice majoribus coloratis. *Burm. fl. ind. t. 15. f. 3.*

octandra. 6. A. foliis sessilibus lineari-lanceolatis, floribus octandris petaligeris. *Suppl. p. 127. an satis distincta a sanguinolenta?*

7. A.

pinnatifida. 7. A. caulibus procumbentibus radicantibus compressis, foliis linearibus pinnatifidis. *Suppl. p.* 127.

156. ISNARDIA. *Cor.* o. *Cal.* 4fidus. *Capſ.* 4locularis, cincta *calice.*

paluſtris. 1. Isnardia. *Lindern. fl. alſ. t.* 2.

157. TRAPA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4partitus. *Nux* ſpinis oppoſitis cincta, quae fuere calicis folia, hinc matura cornuta, 1locularis, 1ſperma.

bicornis. 1. Tr. nucibus bicornibus. *Suppl. p.* 128. *Plum. ic.* 67. *f. infim.*

natans. 2. Tr. nucibus quadricornibus: ſpinis patentibus. *Suppl. p.* 128. *Plenck pl. med. ic. t.* 66. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 26. *f.* 5.

158. DORSTENIA. *Receptac.* commune, 1phyllum carnoſum, in quo *ſemina* ſolitaria nidulantur.

Houſtoni. 1. D. ſcapis radicatis, foliis cordatis angulatis acutis, receptaculis quadrangulis. *Houſt. act. angl. n.* 421. *f.* 2.

cordifolia. 2. D. ſcapis radicatis, foliis cordatis ovatis denticulatis, receptaculis orbiculatis. *Swartz nov. pl. gen. et ſp. p.* 34.

Contrajerva. 3. D. ſcapis radicatis, foliis pinnatifido-palmatis ſerratis, receptaculis quadrangulis. *Blackw. herb. t.* 579. *Plum. ic. t.* 119. *Jacq. coll.* 3. *p.* 200.

Drakena. 4. D. ſcapis radicatis, foliis pinnatifido-palmatis integerrimis, receptaculis ovalibus.

cauleſcens. 5. D. cauleſcens, pedunculis racemoſis. *Plum. ic.* 120. *f.* 1.

lucida. 6. D. cauleſcens, foliis oblique ovatis integris laevibus, pedunculis cymoſis axillaribus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 11. *char. gen. t.* 53. *n.* 1.

pubeſcens. 7. D. cauleſcens, foliis oblique ovatis ſerratis pubeſcentibus: pedunculis axillaribus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 11. *char. gen. t.* 53. *n.* 2.

1243. COMETES. *Involucrum* 4phyllum, 3florum. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* 3cocca.

alterniflora. 1. COMETES. *Mant. p.* 39. *Burm. fl. ind. t.* 15. *f.* 5.

MAJANTHEMUM. *Cor.* 4partita: laciniis reflexis. *Capſ.* 2locularis.

Convallaria. 1. MAJANTHEMUM. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 240. Convallaria bifolia. *Flor. dan. t.* 291.

1152. PARIETARIA. *Flores* mere feminei hermaphroditis in eodem trunco interſiti. *Cal.* 4fidus. *Cor.* o. *Sem.* 1. ſuperum, elongatum.

indica. 1. P. foliis lanceolatis, caule erecto. *Mant. p.* 128. *Rumpf amb. t.* 10. *f.* 1.

officinalis. 2. P. foliis lanceolato-ovatis, pedunculis dichotomis, calicibus diphyllis. *Flor. dan. t.* 521.

judaica. 3. P. foliis ovatis, caulibus erectis, calicibus trifloris: corollis maſculis elongato-cylindricis. *Bocc. ſic. t.* 24. *f.* A.

luſitanica. 4. P. foliis ovatis obtuſis, caulibus filiformibus ſtriatis laevibus procumbentibus. *Bocc. ſic. t.* 24. *f.* B.

urticaefolia. 5. P. foliis ovatis oppoſitis petiolatis ſerratis venoſis pubeſcentibus, floribus axillaribus. *Suppl. p.* 434.

cretica. 6. P. foliis ſubovatis, involucris fructiferis quinquefidis compreſſis: laciniis lateralibus majoribus.

debilis. 7. P. foliis alternis ovatis petiolatis integerrimis ſubpiloſis, pedunculis axillaribus ſubtrifloris, caule erectiuſculo. *Forſt. fl. auſtr. p.* 73.

BOEH-

BOEHMERIA. *Flores* diclini. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 4partitus.
♀. *Cal.* o. *et* ſquamae confertae, inter quas *germen* obovatum. *Sem.* 1. compreſſum.

* *floribus dioicis.*

caudata. 1. B. foliis oppoſitis ovatis acutis ſerratis, racemis longiſſimis pendulis, caule ſuffruticoſo. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 34.

* *floribus monoicis.*
† *foliis oppoſitis.*

littoralis. 2. B. foliis ovato-lanceolatis ſerratis, floribus conglomeratis axillaribus mixtis, caule herbaceo tetragono. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 34.

cylindrica. 3. B. foliis ovatis acuminatis ſerratis, racemis ſpicatis axillaribus erectis ſimplicibus. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 622. Urtica cylindrica. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 82. *f.* 2.

†† *foliis alternis.*

ramiflora. 4. B. foliis lato-lanceolatis acuminatis ſerratis rugoſis, floribus aggregatis axillaribus lateralibusque diſtinctis: maſculis triandris. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 236.

hirta. 5. B. foliis ovatis acutis ſerratis hirſutis, floribus congeſtis axillaribus mixtis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 34.

PROCRIS. *Flores* diclini.
♂. Aggregati. *Cal.* 4fidus, ſtaminibus brevior.
♀. *Capſ.* minima, receptaculo baccato ſphaeroideo immerſa.

axillaris.* 1. Procris. *Juſſieu gen. plant. p.* 403.

EM-

EMPLEURUM. *Flores* monoici. *Cal.* 4dentatus, campanulatus, ſtaminibus brevior.

♀. *Stil.* o. *Stigm.* laterale. *Capſ.* proceſſu foliaceo coronata, 1-locularis, 1ſperma.

Aitoni. 1. EMPLEURUM. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 513.

1054. URTICA. *Flores* diclini. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* o. ♂. *Nectarium* centrale, cyathiforme. ♀. *Cal.* foliola 2oppoſita exigua. *Stigma* villoſum. *Sem.* 1. ovatum, nitidum.

* *floribus dioicis.*
† *foliis oppoſitis.*

dioica. 1. U. foliis cordatis, racemis geminis. *Flor. dan. t.* 746.

laxa. 2. U. foliis ovatis acuminatis ſerratis, floribus maſculis pedunculatis confertis: femineis racemoſis, caule laxo. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 35.

rugoſa. 3. U. foliis oblongis ſerratis nervoſis rugoſis, racemis terminalibus caule ſimplici erecto. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 35.

nudicaulis. 4. U. foliis ſubterminalibus oblongis acuminatis integris trinerviis, caule anguloſo inferne nudo racemifero. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 35.

ſtoloniſera. 5. U. ſubcauleſcens, foliis oblongis ſubſerratis, ſtolonibus radicalibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 36.

microphylla. 6. U. foliis ovatis acutis integerrimis, caulibus ſimpliciuſculis adſcendentibus. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 673. Parietaria microphylla. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 93. *f.* 1.

†† *foliis alternis.*

alata. 7. U. foliis ovatis acutis ſerratis, caule arboreo, ramis nudiuſculis racemiferis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 37.

** *flori-*

** *floribus monoicis.*

† *foliis oppositis.*

pilulifera. 8. U. foliis ovatis serratis, amentis fructiferis globosis. *Mill. illustr. ic.*

virgata. 9. U. foliis ovatis serratis trinerviis, spicis axillaribus solitariis interruptis. *Forster fl. austr. p.* 66.

elongata. 10. U. foliis ovatis serratis: serratura terminali elongata, racemis axillaribus solitariis elongatis. *Suppl. p.* 418. Urtica japonica.

iners. 11. U. foliis ovatis acutis serratis, capitulis interfoliaceis sessilibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 160.

spicata. 12. U. foliis ovatis acutis serratis glabris, spicis capillaribus interruptis. *Thunb. fl. jap. p.* 69.

diffusa. 13. U. foliis ovatis acute serratis hispidis, stipulis revolutis, racemis paniculatis folio longioribus, caulibus procumbentibus. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 35.

ciliata. 14. U. foliis ovatis ciliatis serratis, floribus terminalibus aggregatis subpedunculatis, caule divaricato. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 36.

filiformis. 58. U. foliis ovatis serratis trinerviis, amentis filiformibus fere longitudine foliorum. *Walt. flor. carol. p.* 230.

ciliaris. 15. U. foliis ovatis ciliatis, racemis divaricatis. *Plum. ic.* 120. *f.* 2.

Dodartii. 16. U. foliis ovatis subintegerrimis, amentis fructiferis globosis. *Blackw. herb. t.* 321. *f.* 2.

alienata. 17. U. foliis ovatis integerrimis lineatis. *Spec. pl. p.* 1492. Parietaria Zeylanica.

pumila. 18. U. foliis ovatis, racemis bipartitis brevissimis.

grandifolia. 19. U. folis ovatis, stipulis cordatis indivisis, racemis paniculatis longitudine foliorum. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 83. *f.* 2.

cylindrica. 59. U. foliis ovato-oblongis, petiolis cauleque nudiusculis, racemis cylindricis solitariis sessilibus. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 341.

gracilis. 60. U. foliis ovato-lanceolatis nudiusculis, caule petiolisque hispidis, racemis geminis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 341.

balearica. 20. U. foliis cordatis serratis, amentis fructiferis globosis. *Blackw. herb. t.* 321. *f.* 1.

21. U.

betulaefolia. 21. U. foliis cordato-subrotundis serratis, stipulis integris, floribus racemosis, caule prostrato adscendente. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 35.

ferox. 22. U. foliis hastato-cordatis setoso-serratis, racemis geminis divaricatis, stipulis cordatis. *Forst. fl. austr. p.* 66.

serrulata. 23. U. foliis lanceolatis serratis glabris, pedunculis axillaribus folio brevioribus, floribus capitatis, caule frutescente tetragono. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 36.

Parietaria. 24. U. foliis lanceolatis integerrimis hinc angustioribus. *Sloan. hist. jam. t.* 93. *f.* 1.

rhombea. 25. U. foliis integerrimis subrhombeis trinerviis. *Suppl. p.* 417.

cuneifolia. 26. U. foliis cuneatis obovatis apice dentatis: alternis majoribus, racemulis pedunculatis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 37.

radicans. 27. U. foliis cuneato-ovatis crenatis nitidis, floribus axillaribus subsessilibus, caule ramisque radicantibus. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 36.

urens. 28. U. foliis ovalibus, caule ramoso. *Flor. dan. t.* 739.

repens. 29. U. foliis ovalibus, caule simplici repente. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 35.

reticulata. 30. U. foliis oblongis acutis subtus reticulatis, stipulis ovatis integris, racemis paniculatis folio brevioribus. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 35.

rufa. 31. U. hirsuta, foliis oblongis serratis, stipulis subrotundis persistentibus, racemis terminalibus, caule suffrutescente ramoso. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 35.

trianthemoides. 32. U. foliis oblongis integerrimis: alternis majoribus, caule erecto ramoso. *Swarts nov. pl. gen. et sp p.* 37.

macrophylla. 33. U. foliis subrotundis duplicato-serratis, floribus paniculatis. *Thunb. fl. jap. p.* 69.

depressa. 34. U. foliis subrotundis crenatis glabris, floribus terminalibus confertis, caule repente subdiviso. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 36.

herniarioides. 35. U. foliis subrotundis integris terminalibus quaternis, floribus distinctis, caule filiformi diffuso. *Swarts nov. act. Stockh.* 1787. *t.* 2. *f.* 1.

numulariifolia. 36. U. foliis orbiculatis crenatis hirsutis, floribus terminalibus confertis, caule filiformi simplici repente. *Swarts nov. act. Stockh.* 1787. *t.* 1. *f.* 2.

37. U.

cannabina. 37. U. foliis tripartitis incisis. *Amm. ruth. t.* 25.

lucida. 38. U. foliis semipinnatis nitidis, pedunculis axillaribus folio longioribus, floribus capitatis, caule frutescente angulato. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 36.

†† *foliis alternis.*

aestuans. 39. U. foliis cordatis, racemis dichotomis, fructibus orbiculato-corymbosis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 79. *f.* 1?

capitata. 40. U. foliis cordatis, glomerulis spicatis.

baccifera. 41. U. foliis cordatis dentatis aculeatis, caule fruticoso, calicibus femineis baccatis. *Plum. ic.* 260.

capensis. 42. U. foliis cordatis inermibus subtus pubescentibus, spicis interruptis. *Suppl. p.* 417.

japonica. 43. U. foliis cordatis villosis, floribus glomerato-capitatis. *Thunb. fl. jap. p.* 70.

villosa. 44. U. foliis cordatis hirtis, globulis sessilibus. *Thunb. fl. jap. p.* 70.

interrupta. 45. U. foliis ovato-cordatis serratis petiolo subbrevioribus, spicis solitariis interruptis. *Rumpf amb.* 6. *t.* 20.

ruderalis. 46. U. foliis cordato-ovatis obtuse serratis, paniculis axillaribus divaricato-corymbosis. *Forster fl. austr. p.* 66.

canadensis. 47. U. foliis cordato-ovatis, amentis ramosis distichis erectis. *Morif. hist. pl.* 3. *t.* 25. *f.* 2.

divaricata. 48. U. foliis ovatis, racemis compositis divaricatis. *Pluckn. alm. t.* 237. *f.* 2.

lappilacea. 49. U. foliis ovatis scabriusculis, floribus terminalibus subsessilibus, seminibus trigonis, caule diffuso. *Swarts nov. act. Stockh.* 1787. *p.* 69. *t.* 2. *f.* 2.

palmata. 50. U. foliis ovatis serratis palmatis, spicis femineis rigidis secundis pinnato-ramosis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 159.

parasitica. 51. U. foliis ovatis acuminatis serratis mollibus, capitulis axillaribus sessilibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 160.

sessiliflora. 52. U. foliis lanceolato-ovatis crenatis, racemis brevissimis axillaribus, floribus distinctis, caule erecto. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 37.

argentea. 53. U. foliis elliptico-lanceolatis integris subtus glaucis, spicis axillaribus solitariis interruptis. *Forst. fl. austr. p.* 65.

54. U.

arborea. 54. U. foliis ellipticis acuminatis subtus villosis, panicula terminali ex spicis ramosis. *Suppl. p.* 417. *Herit. stirp. nov. 2. p.* 39. *t.* 20.

nivea. 55. U. foliis suborbiculatis utrinque acutis subtus tomentosis. *Jacq. h. Vind. 2. t.* 166.

frutescens. 56. U. foliis oblongis cuspidatis subtus niveis. *Suppl. p.* 417.

stimulans. 57. U. foliis oblongis basin versus attenuatis integris, paniculis axillaribus. *Suppl. p.* 418.

1104. BATIS. *Flores* dioici. *Cal.* o. *Cor.* o.
♂. *Amentum* 4fariam imbricatum.
♀. *Amentum* ovatum: involucro 2-phyllo. *Stigma* 2lobum, sessile. *Baccae* coadunatae, 4spermae.

maritima. 1. Batis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 246.

1103. TROPHIS. *Flores* dioici. *Cal.* o.
♂. *Cor.* 4petala.
♀. *Cor.* o. *Stilus* 2partitus, *Bacca* 1sperma.

americana. 1. Tr. foliis glabris. *Brown. jam. t.* 37. *f.* 1.

aspera. 2. Tr. foliis asperis inaequaliter serratis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 30.

MAPRUNEA. *Flores* dioici. *Cor.* o. *Cal.* minimus, 4partitus.
♂. *Antherae* 4 filamento 1 insidentes.

gujanensis. 1. Maprunea. *Aubl. pl. guj. 2. p.* 895. *t.* 342.

1105. VISCUM. *Flores* dioici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 4partitus. *Filamenta* o. *Antherae* calici adnatae.
♀. *Cal.* 4phyllus, ſuperus. *Stilus* o. *Bacca* pulpoſa, 1locularis, 1ſperma. *Sem.* cordatum.

opuntioides. 1. V. caule prolifero ramoſiſſimo aphyllo compreſſo. *Sloan. jam. hiſt.* 2. *t.* 201. *f.* 1. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 27. *f.* 1.

capenſe. 2. V. aphyllum, ramis brachiatis. *Suppl. p.* 426.

rotundifolium. 3. V. foliis orbiculatis, floribus verticillatis. *Suppl. p.* 426.

purpureum. 4. V. foliis obovatis, racemis lateralibus. *Catesb. Carol.* 2. *t.* 95.

antarcticum. 5. V. foliis ovatis integerrimis, racemis rameis terminalibusque articulatis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 70.

verticillatum. 6. V. caule verticillato, foliis ovatis trinerviis obtuſis. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 201. *f.* 2.

pauciflorum. 7. V. foliis ovatis obtuſis enerviis, floribus ſparſis ſolitariis, caule fruticoſo: ramis alternis. *Suppl. p.* 426.

flavens. 8. V. foliis ovatis venoſis, racemis axillaribus utrinque ternis quaternisque. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 32. *Plum. ic.* 258. *f.* 4.

terreſtre. 9. V. caule herbaceo tetragono brachiato, foliis lanceolatis.

rubrum. 10. V. foliis lanceolatis obtuſis, ſpicis lateralibus. *Catesb. Carol.* 2. *t.* 81.

album. 11. V. foliis lanceolatis obtuſis, caule dichotomo, ſpicis axillaribus. *Mill. illuſtr. ic.*

macroſtachyon. 12. V. foliis lineari-lanceolatis, ſpicis axillaribus filiformibus. *Jacq. coll.* 2. *p.* 109. *t.* 5. *f.* 3.

KRASCHENNINIKOFIA. *Flores* diclini.
♂. *Cal.* 4phyllus.
♀. *Cal.* 1phyllus, ſubbifidus. *Sem.* 1. arillatum.

latens. 1. KRASCHENNINIKOFIA. *Güldenſt. act. Petrop.* 16. *p.* 548.

1106. HIPPOPHAE. *Flores* dioici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 1phyllus, 2lobus.
♀. *Cal.* 1phyllus tubuloſus. *Bacca* ſupera, 1locularis. *Semen* durum, nitidum.

rhamnoides. 1. H. foliis lanceolatis. *Flor. dan. t.* 265. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 42. *f.* 5.

canadenſis. 2. H. foliis ovatis.

1031. POTHOS. *Spatha.* *Spadix* ſimplex, tectus. *Cal.* 0. *Petala* 4. *Stamina* germini proxima. *Baccae* 2ſpermae.

ſcandens. 1. P. petiolis latitudine foliorum, caule radicante. *Rumpf amb.* 5. *t.* 184. *f.* 1-3.

acaulis. 2. P. foliis lanceolatis integerrimis enerviis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 231.

lanceolata. 3. P. foliis lanceolatis integerrimis trinerviis, ſcapo apice triquetro. *Plum. filic. t.* 206.

crenata. 4. P. foliis lanceolatis crenatis. *Plum. ic.* 39.

violacea. 5. P. foliis ovato-lanceolatis integris nervoſis punctatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 32.

cuſcuaria. 6. P. foliis ovato-oblongis acutis integerrimis, caule ſcandente. *Rumpf amb.* 5. *p.* 488. *t.* 183. *f.* 1.

ovata. 7. P. foliis ovatis ſubtus glaucis. *Walt. flor. carol. p.* 224. *Baccae* 1ſpermae.

8. P.

macrophylla. 8. P. foliis cordatis, ſpadice longiſſimo, radice nodoſa. *Plum. fil. t.* 63.

cordata. 9. P. foliis cordatis, ſpadice brevi. *Plum. fil. t.* 205. *β*? *Plum. amer. p.* 37. *t.* 51. *f.* a.

palmata. 10. P. foliis palmatis. *Plum. filic. t.* 207. 208.

pinnata. 11. P. foliis pinnatifidis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 183. *f.* 2.

1019. NEPENTHES. *Flores* dioici. *Cal.* 4partitus. *Cor.* 0. *Capſ.* 4locularis.

deſtillatoria. 1. NEPENTHES. *Burm. fl. zeyl. t.* 17.

MOSCHARIA. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 0. *Antherae* ſeſſiles, ſtigmatis apici circumpoſitae. *Sem.* 4 nuda.

Forskählii. 1. MOSCHARIA. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 158.

NIGRINA. *Cal.* 0. *Cor.* 4petala. *Capſula*?

ſpicata. 1. NIGRINA. *Thunb. fl. jap. p.* 65. *nonne eadem cum chlorantho?*

159. ELAEAGRUS. *Cor.* 0. *Cal.* 4fidus, campanulatus, ſuperus. *Drupa* infra calicem campanulatum.

anguſtifolia. 1. E. inermis, foliis lanceolatis. *du Hamel arb.* 1. *t.* 89. *Pallas fl. roſſ. t.* 4.

criſpa. 2. E. inermis, foliis lanceolato-oblongis obtuſis undulatis, floribus ſolitariis. *Thunb. fl. jap. p.* 66.

glabra. 3. E. inermis, foliis ovato-oblongis acuminatis, floribus axillaribus ſubſolitariis. *Thunb. fl. jap. p.* 67.

orientalis. 4. E. inermis, foliis oblongis ovatis opacis. *Mant. p.* 41. *Pall. fl. roſſ. t.* 5. *an ſatis diſtincta a ſpinoſa?*

latifolia. 5. E. inermis, foliis ovatis. *Burm. fl. zeyl. t.* 39. *f.* 2.

multiflora. 6. E. inermis, foliis obovatis obtuſis, floribus axillaribus aggregatis, pedunculis flore longioribus. *Thunb. fl. jap. p.* 66.

umbellata. 7. E. inermis, foliis obovatis obtusis, floribus axillaribus aggregatis, pedunculis flore brevioribus. *Thunb. fl. jap. p.* 66.

macrophylla. 8. E. inermis, foliis rotundato-ovatis argenteis. *Thunb. fl. jap. p.* 67. *an distincta species?*

spinosa. 9. E. ramulis basi spinosis, foliis ellipticis.

pungens. 10. E. ramulis spinescentibus, foliis oblongis undulatis, floribus axillaribus binis. *Thunb. fl. jap. p.* 68.

GONOCARPUS. *Cor.* 4fida. *Drupa* 8gona, 1sperma.

micranthus. 1. Gonocarpus. *Thunb. fl. jap. p.* 69.

480. SANTALUM. *Petala* 4calici innata *et glandulae* 4. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* infera, 1sperma.

album. 1. Santalum. *Rumpf amb.* 2. *t.* 11.

1274. SERPICULA. *Flores* monoici. *Cor.* 4petala.
♂. *Cal.* 4dentatus.
♀. *Cal.* 4partitus. *Nux* tomentosa.

verticillata. 1. S. foliis verticillatis aculeato-serratis. *Suppl. p.* 416.

repens. 2. S. foliis alternis linearibus. *Mant. p.* 124. *Suppl. p.* 416.

AUCUBA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 4dentatus. *Cor.* 4petala.
♀. *Nect.* o. *Nux* 1locularis, 1sperma.

japonica. 1. Aucuba. *Thunb. fl. jap. p.* 64.

1432. MONTINIA. *Flores* dioici. *Cal.* 4dentatus, ſuperus. *Cor.* 1 aut 4petala. ♀. *Filament.* ſterilia. *Stil.* 2fidus. *Capſ.* oblonga, infera, 2locularis. *Semina* bracteata, ſurſum imbricata.

acris. 1. MONTINIA. *Suppl. p.* 427. *Burm. afr. t.* 90. *f.* 1. 2. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 33. *f.* 5.

1244. STRUTHIOLA. *Cor.* 0. *Cal.* tubuloſus: ore glandulis 8. *Bacca* exſucca, 1ſperma.

virgata. 1. Str. foliis lineari-lanceolatis erectis, bracteis ciliato-barbatis. *Mant. p.* 41. *Burm. afr. t.* 47. *f.* 1.

erecta. 2. Str. foliis lineari-lanceolatis quadrifariam imbricatis, bracteis calicibusque nudis. *Mant. p.* 41.

lanceolata. 3. Str. foliis ovato-lanceolatis calicibusque nudis, bracteis pubeſcentibus. *Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 26.

juniperina. 4. Str. foliis linearibus acutis patentibus, bracteis calicibusque nudis. *Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 26.

nana. 5. Str. foliis linearibus obtuſis piloſis, floribus terminalibus faſciculatis tomentoſis. *Suppl. p.* 128.

136. MANETTIA. *Cal.* 8phyllus. *Cor.* 4fida. *Capſ.* infera, 2valvis, 1locularis. *Sem.* imbricata, orbiculata: ſeminulo centrali.

reclinata. 1. M. foliis ovatis acutis pubeſcentibus, caule reclinato herbaceo. *Mant. p.* 558.

Lygiſtum. 2. M. foliis ovatis acutis venoſis, caule volubili ſuffruteſcente. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 120. Peteſia Lygiſtum. *Brown. jam. t.* 3. *f.* 2.

KRAMERIA. *Cal.* o. *Cor.* 4petala: *nectario* ſuperiore 3partito, inferiore 2phyllo. *Bacca* ſicca, echinata, 1ſperma.

Ixina. 1. KRAMERIA.

1363. HARTOGIA. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 4petala, patens. *Drupa* ovata, 2ſperma.

capenſis. 1. HARTOGIA.

1193. ACAENA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala. *Bacca* ſicca, infera, 1ſperma, retrorſum echinata.

elongata. 1. ACAENA. *Mant. p.* 200.

162. RIVINA. *Cor.* 4petala, perſiſtens. *Cal.* o. *Bacca* 1ſperma. *Sem.* lentiforme.

humilis. 1. R. racemis ſimplicibus, foliis pubeſcentibus. *Commel. h. amſt.* 1. *t.* 66. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 77. *f.* 5. *Flores ſaepe pluribus, quam* 4 *ſtaminibus inſtructi.*

laevis. 2. R. racemis ſimplicibus, foliis glabris. *Mant. p.* 41. *Kniph. bot. orig. cent.* 2. *n.* 74. *an vere diſtincta?*

octandra. 3. R. racemis ſimplicibus, floribus octandris dodecandrisve. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 21.

paniculata. 4. R. paniculae racemis compoſitis oppoſitisque.

VOTOMITA. *Cor.* 4petala, reclinata. *Cal.* 4dentatus. *Antherae* per membranulam intermediam in cylindrum coadunatae. *Stigm.* 4. *Drupa* 1locularis, 1ſperma.

gujanenſis. 1. VOTOMITA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 90. *t.* 35.

1364.

1364. EMBOTHRIUM. *Cor.* 4petala. *Antherae* petalorum apicibus insidentes. *Folliculus* teres.

umbellatum. 1. E. umbellis axillaribus simplicissimis pedunculatis, foliis oblongis aveniis, antheris sessilibus. *Suppl. p.* 128. *Forst. char. gen. t.* 8. *f.* a-f.

coccineum. 2. E. thyrsis terminalibus sessilibus, foliis obovatis venosis, antheris pedicellatis. *Suppl. p.* 128. *Forst. charact. gen. t.* 8. *f.* g-m.

NACIBEA. *Cor.* 4fida: tubo ventricoso. *Cal.* 1phyllus, turbinatus. *Capsf.* ovata, 4valvis, 2locularis, polysperma.

coccinea. 1. N. calicibus octodentatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 96. *t.* 37. *f.* 1.

alba. 2. N. calicibus quadridentatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 98. *t.* 37. *f.* 2.

CUSSAREA. *Cor.* 4fida: tubo brevi. *Cal.* 5dentatus. *Stigma* 4-5cuspidatum. *Bacca* ovata, 1locularis, 1sperma.

violacea. 1. CUSSAREA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 98. *t.* 38.

FARAMEA. *Cor.* tubulosa, 4fida. *Cal.* 4dentatus. *Stigm.* 2lobum. *Pericarp.* 2loculare.

corymbosa. 1. F. pedunculis ternatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 102. *t.* 40. *f.* 1.

sessiliflora. 2. F. floribus sessilibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 104. *t.* 40. *f.* 2.

MALANEA. *Cor.* 4fida: tubo brevissimo. *Cal.* 4dentatus. *Stil.* 2fidus. *Bacca* ovata, 1locularis: *ossiculo* 2loculari.

samentosa. 1. MALANEA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 106. *t.* 41.

TONTANEA. *Cor.* infundibuliformis, 4fida. *Cal.* 4dentatus. *Stil.* 2partitus. *Bacca* ovata, 2partibilis, 2locularis polyſperma.

gujanenſis. 1. TONTANEA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 108. *t.* 42.

PATABEA. *Cor.* 4fida: tubo oblongo. *Cal.* 4dentatus. *Stil.* 2fidus.

coccinea. 1. PATABEA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 110. *t.* 43.

CHLORANTHUS. *Cal.* o. *Cor.* 1petala, 3loba, lateri germinis inſidens. *Antherae* corollae adnatae. *Bacca* 1ſperma.

inconſpicuus. 1. CHLORANTHUS. *Swarts act. angl.* 77. 2. *p.* 359. *t.* 14. *Herit. ſert. angl. p.* 1. *et* 35. *t.* 2.

163. SALVADORA. *Cal.* 4fidus. *Cor.* o. *Bacca* 1ſperma. *Sem.* arillo veſtitum.

perſica. 1. SALVADORA.

EMBELIA. *Cal.* 4fidus, inferus. *Stil.* o. *Bacca.*

indica. 1. EMBELIA. *Burmann ind. p.* 62.

CANSIERA. *Cal.* globoſo-urceolatus, 4dentatus. *Cor.* o. *Antherae* incluſae. *Germen* ſuperum, ſquamis 4cinctum. *Stigma* capitatum.

Rheedii. 1. CANSIERA. *Juſſieu gen. plant. p.* 448.

164. CAMPHOROSMA. *Cal.* urceolatus: dentibus 2 oppoſitis alternisque minimis. *Cor.* o. *Capſ.* 1ſperma.

monſpeliense. 1. C. foliis hirſutis. *Regn. bot. t.* 331.

2. C.

acutum. 2. C. foliis subulatis rigidis glabris. *Lobel. ic.* 404.

glabrum. 3. C. foliis subtriquetris glabris inermibus.

Pteranthus. 4. C. ramosissimum, pedunculis ensiformibus dilatatis, bracteis crista tis. *Mant. p.* 41.

paleaceum. 5. C. fruticosum, ramis spicae aemulis paleaceis pilosis. *Suppl. p.* 128.

165. ALCHEMILLA. *Cal.* 8fidus. *Cor.* 0. *Sem.* 1-2 calice vestita.

vulgaris. 1. A. foliis lobatis. *Flor. dan. t.* 693.

alpina. 2. A. foliis digitatis serratis. *Flor. dan. t.* 49. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 5. *t.* 73. *f.* 1.

pentaphyllae. 3. A. foliis quinatis multifidis glabris. *Bocc. mus.* 1. *t.* 1.

aphanoides. 4. A. foliis multipartitis, caule erecto. *Suppl. p.* 129.

DIGYNIA.

GALOPINA. *Cal.* 0. *Cor.* 4fida. *Sem.* 2. nuda.

circaeoides. 1. GALOPINA. *Thunb. nov. gen. pl. p.* 1.

167. CRUCITA. *Cal.* 4phyllus, exterior 3phyllus. *Cor.* 0. *Sem.* 1.

hispanica. 1. CRUCITA.

168. BUFFONIA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala. *Capsula* 1locularis, 2sperma.

tenuifolia. 1. BUFFONIA. *Magn. fl. monsp. t.* 97.

166. HAMAMELIS. *Involucrum* 3phyllum. *Cal.* proprius 4phyllus. *Petala* 4. *Nux* 2cornis, 2locularis.

androgyna. H. floribus hermaphroditis. *Mill. illustr. ic. Catesb. Car.* 3. *t.* 2.

monoica. 2. H. floribus monoicis. *Walt. flor. carol. p.* 255.

dioica. 3. H. floribus dioicis. *Walt. flor. carol. p.* 255.

NERTERA. *Cal.* o. *Cor.* infundibuliformis, 4fida, ſupera. *Bacca* infera 2locularis. *Semina* ſolitaria.

depreſſa. 1. NERTERA. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *p.* 124. *t.* 26. *f.* 1.

1052. BETULA. *Flores* monoici. *Cal.* 1phyllus, 3-5fidus. *Cor.* 4partita.
♂. *Cal.* 3florus.
♀. *Cal.* 2florus. *Semin.* 2-3.

alba. 1. B. foliis deltoidibus acutis duplicato-ſerratis glabris, ramis erectis ſtrictis. *Blackw. herb. t.* 240.
β) Betula dalecarlica. *Suppl. p.* 416.

pendula. 2. B. foliis deltoidibus acutis duplicato-ſerratis glabris, ramis flaccidis pendulis. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 405.

populifolia. 3. B. foliis deltoidibus longe acuminatis inaequaliter ſerratis glaberrimis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 336.

criſpa. 4. B. pedunculis ramoſis, foliis ovatis acutis ſubundulatis: venis ſubtus piloſis; axillis nudis, ſtipulis ſubrotundo-ovatis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 339.

incana. 5. B. pedunculis ramoſis, foliis ſubrotundo-ellipticis acutis, ſubtus pubeſcentibus: axillis venarum nudis, ſtipulis lanceolatis, amentis ſpicatis. *Suppl. p.* 417.

ſerrulata. 6. B. pedunculis ramoſis: foliis obovatis acutis: venis et axillis venarum ſubtus villoſis, ſtipulis ovalibus obtuſis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 338.

oblongata. 7. B. pedunculis ramoſis, foliis ovalibus obtuſiuſculis glutinoſis: venarum axillis ſubtus nudis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 338.

Alnus. 8. B. pedunculis ramoſis cuneiformibus obtuſiſſimis, foliis ſubrotundo glutinoſis, venarum axillis ſubtus villoſis. *Regn. bot. t.* 326.

pumila. 9. B. foliis obovatis crenatis. *Mant. p.* 124. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 122.

10. B.

papyracea. 10. B. foliis ovatis acuminatis duplicato ſerratis: venis ſubtus hirſutis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 337.

nigra. 11. B. foliis rhombeo-ovatis acutis duplicato-ſerratis pubeſcentibus baſi integris, ſtrobilorum ſquamis villoſis.

lenta. 12. B. foliis cordatis oblongis acuminatis ſerratis.

exceſſa. 13. B. foliis ovatis acutis ſerratis: petiolis pubeſcentibus pedunculo brevioribus. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 337.

nana. 14. B. foliis orbiculatis crenatis. *Flor. dan. t.* 91. *Pall. flor. roſſ. t.* 40.

dauurica. 15. B. *Pall. fl. roſſ. t.* 39.

fruticoſa. 16. B. foliis ovato rhomboideis verſus apicem acuminatum inaequaliter ſerratis. *Pall. flor. roſſ. t.* 40.

1055. MORUS. *Flores* monoici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 4partitus.
♀. *Cal.* 4phyllus, fructiferus baccans. *Sem.* 1. tectum.

alba. 1. M. foliis oblique cordatis laevibus.

tinctoria. 2. M. foliis oblique cordatis acuminatis hirſutis.

nigra. 3. M. foliis cordatis ſcabris. *Blackw. herb. t.* 126.

rubra. 4. M. foliis cordatis ſubtus villoſis, amentis cylindricis. *Pluckn. alm. t.* 246. *f.* 4.

papyrifera. 5. M. foliis palmatis, fructibus hiſpidis. *Kaempf. hiſt. jap. t.* 40. *f.* 1. *Gilii a Xuarez obſerv. fitol.* 1. *t.* 8.

indica. 6. M. foliis ovato-oblongis utrinque aequalibus inaequaliter ſerratis. *Rumpf amb.* 7. *t.* 5.

tatarica. 7. M. foliis ovato-oblongis utrinque aequalibus aequaliter ſerratis.

Xanthoxylum. 8. M. foliis oblongis hinc productioribus, ſpinis axillaribus. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 263.

mauritiana. 9. M. foliis lanceolato-oblongis acutis integerrimis; ſtipulis lanceolatis. *Jacq. collect.* 3. *p.* 206.

LAU-

LAUREMBERGIA. *Flores* diclini, inferi.
♂. *Cal.* minut. 4partitus. *Cor.* 4petala.
♀. *Cal.* et *Cor.* o. *Nux* toruloſa.

capenſis. 1. LAUREMBERGIA. *Berg. flor. cap. p.* 351.

SCHAEFFERIA. *Flores* dioici. *Cor.* 4petala aut o.
♂. *Cal.* 4-5phyllus.
♀. *Cal.* 4-5partitus. *Bacca* 2locularis. *Sem.* ſolitaria.

completa. 1. Sch. floribus tetrapetalis axillaribus. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 209. *f.* 1.

lateriflora. 2. Sch. floribus lateralibus apetalis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 38.

1107. MYRICA. *Flores* dioici amentacei. *Cor.* o. *Cal.* 2phyllus.
♀. *Drupa* 1ſperma, ſupera, 1locularis.

ſegregata. 1. M. foliis lanceolatis integerrimis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 273. *pl. rar. ic. cent.* 2. *faſc.* 1. *t.* 24.

Nagi. 2. M. foliis lanceolatis integris aveniis. *Thunb. fl. jap. p.* 76. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 39. *f.* 8.

Gale. 3. M. foliis lanceolatis ſubſerratis, caule ſuffruticoſo. *Flor. dan. t.* 327. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 39. *f.* 7.

cerifera. 4. M. foliis lanceolatis ſubſerratis, caule arboreſcente. *Catesb. Car.* 1. *t.* 69.

aethiopica. 5. M. foliis lanceolatis dentatis: infimis integerrimis. *Mant. p.* 298. *Pluckn. alm. t.* 48. *f.* 8.

Faya. 6. M. foliis elliptico-lanceolatis ſubſerratis, amentis maſculis compoſitis, drupae nucleo quadriloculari. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 397.

quercifolia. 7. M. foliis oblongis oppoſite ſinuatis. *Burm. ind. t.* 98. *f.* 1.

cordifolia. 8. M. foliis ſubcordatis ſerratis ſeſſilibus. *Burm. afr. t.* 98. *f.* 3.

trifoliata. 9. M. foliis ternatis dentatis.

1164. ANTHOSPERMUM. *Flores* etiam maſculi et feminei, aliquando omnes in eadem planta, rarius ſine hermaphroditis. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 0. *Germen* inferum.

aethiopicum. 1. A. foliis laevibus, caule fruticoſo. *Pluckn. alm. t.* 183. *f.* 1.

herbaceum. 2. A. foliis ſenis laevibus, caule herbaceo. *Suppl. p.* 440.

ciliare. 3. A. foliis carina margineque ciliatis. *Pluckn. mant. t.* 244. *f.* 5.

170. CUSCUTA. *Cal.* 4-5fidus. *Cor.* 1petala. *Capſ.* 2locularis, circumſciſſa. *Semina* gemina.

europaea. 1. C. floribus ſeſſilibus quadrifidis. *Flor. dan. t.* 199.

Epithymum. 2. C. floribus ſeſſilibus quinquefidis bracteis obvallatis. *Flor. dan. t.* 427.

americana. 3. C. floribus pedunculatis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 128. *f.* 4.

PAGAMEA. *Cor.* 4fida: tubo brevi. *Cal.* 4dentatus. *Germ.* ſubrotundum. *Bacca* 2locularis: *Oſſicula* 2 2locularia: *loculis* 1ſpermis.

gujanenſis. 1. PAGAMEA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 113. *t.* 44.

171. HYPECOUM. *Cal.* 2phyllus. *Petala* 4: exteriora 2 latiora, 3fida. *Siliqua*.

procumbens. 1. H. ſiliquis arcuatis compreſſis articulatis, petalis diviſis.

pendulum. 2. H. ſiliquis cernuis teretibus cylindricis.

erectum. 3. H. ſiliquis erectis teretibus toruloſis. *Amm. ruth. t.* 9.

littorale. 4. H. ſiliquis articulatis compreſſis arcuatis, petalis integris. *Jacq. coll.* 2. *p.* 205.

1365.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18571-p0331-6

1365. GOMOZIA. *Cal.* o. *Cor.* campanulata, 4fida, ſupera. *Bacca* 2locularis.

granadenſis. 1. GOMOZIA. *Suppl. p.* 129.

TRIGYNIA.

1053. BUXUS. *Flores* diclini.
♂. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 2petala. *Germinis* rudimentum.
♀. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 3petala. *Capſ.* 3roſtris, 3locularis. *Sem.* 2.

ſempervirens. 1. B. floribus monoicis. *Blackw. herb. t.* 196. *Regn. bot. t.* 273.

dioica. 2. B. floribus dioicis.

CRANZIA. *Flores* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 4phyllus. *Filamenta* ovata.
♀. *Cal.* 5phyllus. *Stili* conici. *Capſ.* 3cornis, 3locularis. *Sem.* 2.

laevigata. 1. CRANZIA. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 38.

ARGYTHAMNIA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala.
♀. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Stil.* dichotomi. *Capſ.* 3cocca. *Sem.* ſolitaria.

candicans. 1. ARGYTHAMNIA. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 86. *f.* 3.

TETRAGYNIA.

BRUCEA. *Flores* dioici. *Cal.* 4phyllus ſ. 4partitus. *Petala* 4. *Nectarium* forma receptaculi 4lobum.
♀. *Germina* ſupera. *Semina* ſolitaria.

antidyſenterica. 1. BRUCEA. *Herit. ſtirp. nov.* 1. *p.* 19. *t.* 10. *Mill. illuſtr. t.* 25.

1275.

1275. CICCA. *Flores* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 4phyllus.
♀. *Cal.* 3phyllus. *Capſ.* 4cocca.

diſticha. 1. Cicca. *Mant. p.* 124. *Suppl. p.* 416. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 315. Averrhea acida. *Rumpf amb.* 7. *t.* 33. *f.* 2.

172. ILEX. *Flores* rarius polygami. *Cal.* 4dentatus. *Cor.* rotata. *Stilus* o. *Bacca* 4ſperma.

Aquifolium. 1. I. foliis ovatis acutis ſpinoſis petiolatis, floribus axillaribus ſubumbellatis. *Flor. dan. t.* 508.

opaca. 2. I. foliis ovatis acutis ſpinoſis glabris planis, floribus ad baſin ramulorum annotinorum ſparſis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 169.

Perado. 3. I. foliis ovatis cum acumine inermibus ſubintegris. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 169.

japonica. 4. I. foliis ovatis acutis dentato-ſpinoſis ſeſſilibus, floribus racemoſis terminalibus. *Thunb. fl. jap. p.* 78.

ſerrata. 5. I. foliis ovatis acutis ciliato-ſerratis, floribus axillaribus ſolitariis. *Thunb. fl. jap. p.* 78.

latifolia. 6. I. foliis ovatis ſerratis, floribus axillaribus aggregatis. *Thunb. fl. jap. p.* 78.

crenata. 7. I. foliis ovatis crenatis, pedunculis rameis ſparſis ſubtrifloris. *Thunb. fl. jap. p.* 78.

Caſſine. 8. I. foliis ovato-lanceolatis ſerratis. *Catesb. Car.* 1. *t.* 31.

aſiatica. 9. I. foliis lato-lanceolatis integerrimis.

integra. 10. I. foliis oblongis obtuſis integris, pedunculis unifloris. *Thunb. fl. jap. p.* 77.

cuneifolia. 11. I. foliis cuneiformibus tricuſpidatis. *Plum. ic.* 118. *f.* 2.

rotunda. 12. I. foliis rotundatis acutis integris, pedunculis umbellatis. *Thunb. fl. jap. p.* 77.

emarginata. 13. I. foliis obovatis emarginatis, floribus axillaribus binis. *Thunb. fl. jap. p.* 78.

Duhoon. 14. I. foliis lanceolato-ellipticis ſubintegris. *Walt. flor. carol. p.* 241.

15. I.

decidua. 15. I. foliis elliptico-lanceolatis subserratis deciduis. *Walt. flor. carol. p.* 241.

myrtifolia. 16. I. foliis angustis brevibus spina terminatis. *Walt. flor. carol. p.* 241.

173. COLDENIA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* infundibuliformis. *Stili* 4. *Stigma* 2fida. *Nuces* 4: cortice fungoso.

procumbens. 1. Coldenia. *Pluckn. alm. t.* 64. *f.* 6. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 5. *t.* 68. *f.* 3.

174. POTAMOGETON. *Cal.* 0. *Petala* 4. *Stil.* 0. *Sem.* 4.

natans. 1. P. foliis oblongo-ovatis petiolatis natantibus. *Mill. illustr. ic.*

fluitans. 2. P. foliis petiolatis: inferioribus longissimis lanceolatis acuminatis membranaceis; superioribus ovali-lanceolatis coriaceis. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 72.

perfoliatum. 3. P. foliis cordatis amplexicaulibus. *Flor. dan. t.* 196.

densum. 4. P. foliis ovatis acuminatis oppositis confertis, caulibus dichotomis, spica quadriflora.

lucens. 5. P. foliis longissime lanceolatis sessilibus: superioribus oppositis. *Kniph. bot. orig. cent.* 5. *n.* 70.

crispum. 6. P. foliis lanceolatis alternis opppsitisve undulatis serratis. *Lob. ic.* 256.

serratum. 7. P. foliis ovalibus subpetiolatis: superioribus oppositis. *Flor. dan. t.* 195.

compressum. 8. P. foliis lincaribus obtusis, caule compresso. *Flor. dan. t.* 203.

pectinatum. 9. P. foliis setaceis parallelis approximatis distichis.

setaceum. 10. P. foliis lanceolatis oppositis acuminatis.

nitens. 11. P. foliis lanceolatis oppositis obtusis. *Weber suppl. flor. hols. p.* 5.

graminеum. 12. P. foliis lineari-lanceolatis alternis sessilibus stipula latioribus. *Flor. dan. t.* 222.

13. P.

marinum. 13. P. foliis linearibus alternis distinctis inferne vaginantibus. *Flor. dan. t.* 186.

pusillum. 14. P. foliis linearibus oppositis alternisque distinctis basi patentibus, caule tereti. *Vaill. fl. paris. t.* 32. *f.* 4.

hybridum. 15. P. foliis inferioribus immersis linearibus planis, superioribus natantibus oblongo-ovatis petiolatis. *Petagn. inst. bot.* 2. *p.* 289.

pinnatum. 16. P. foliis compositis linearibus, corollis deciduis. *Walt. flor. carol. p.* 90. *an hujus generis distincta species?*

verticillatum. 17. P. foliis verticillatis subovatis serratis subdecurrentibus, caule suberecto angulato. *Walt. flor. carol. p.* 90.

175. RUPPIA. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Semina* 4 pedicellata.

maritima. 1. Ruppia. *Flor. dan. t.* 364.

176. SAGINA. *Cal.* 4phyllus. *Petala* 4. *Capsula* 1locularis, 4valvis, polysperma.

procumbens. 1. S. ramis procumbentibus. *Curt. flor. Lond.* 158.

apetala. 2. S. caule erectiusculo pubescente, floribus alternis apetalis. *Mant. p.* 559. *Arol. spec. t.* 8. *f.* 1.

erecta. 3. S. caule erecto subunifloro. *Flor. dan. t.* 845.

virginica. 4. S. caule erecto, floribus oppositis.

RADIOLA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala. *Capsula* globosa, 4valvis, 8locularis. *Semina* solitaria.

linoides. 1. Radiola. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 225. Linum Radiola. *Flor. dan. t.* 178.

177. TILLAEA. *Cal.* 3-4partitus. *Petala* 3-4aequalia. *Capsula* 3-4polyspermae.

aquatica. 1. T. erecta dichotoma, foliis acutis, floribus quadrifidis. *Vaill. fl. par. t.* 10. *f.* 2.

perfoliata. 2. T. foliis perfoliatis ovatis, corymbis terminalibus, floribus quadrifidis. *Suppl. p.* 129.

capenſis. 3. T. foliis oblongiuſculis, floribus quadrifidis. *Suppl. p.* 129.

muſcoſa. 4. T. procumbens, floribus trifidis. *Boce. muſ. t.* 22.

178. MYGINDA. *Cal.* 4partitus. *Petala* 4. *Drupa* globoſa.

uragoga. 1. M. foliis ſubcordatis acuminatis ſubſerratis pubeſcentibus. *Jacq. ſtirp. amer. picł. t.* 22.

latifolia. 2. M. foliis ellipticis crenulatis coriaceis, floribus ſtigmatibus duobus ad quatuor ſeſſilibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 39.

CLAS-

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores monopetali.*
† *inferi.*
⊢ *monospermi.*

242. MIRABILIS. *Nucula* infra corollam. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* globosum.

1057. AMBROSIA. *Flores* monoici. *Cal.* communis, 1phyllus.
♂. *Cor.* 1petalae, 3fidae, infundibulif. *Recept. nudum.*
♀. *Cal.* integer, ventre 5dentato, 1florus. *Cor.* o. *Nux* e calice indurato, 1sperma.

1058. PARTHENIUM. *Flores* monoici, compositi. *Cal.* commun. 5phyllus.
♂. *Cor.* disci 1petalae.
♀. *Cor.* radiis, singulae 2masculae: intermedia feminea supera. *Sem.* nudum.

WEIGELA. *Stilus* e basi germinis. *Stigma* peltatum. *Cor.* infundibulif.

213. PLUMBAGO. *Stamina* nectarii valvis inserta. *Cor.* infundibulif. *Stigma* 5fidum.

⊢⊢ *tetraspermi*, Asperifoliae.

186. CERINTHE. *Cor.* fauce nuda, ventricosa. *Sem.* 2ossea, 2locularia.

1245. MESSERSCHMIDIA. *Cor.* fauce nuda, infundib. *Bacca* suberosa, 2partibilis, utroque 2spermo.

191. ECHIUM. *Cor.* fauce nuda, irregularis, campanulata.

179. HELIOTROPIUM. *Cor.* fauce nuda, hypocrateriformis: lobis dente interjectis.

184. PULMONARIA. *Cor.* fauce nuda, infundibulif. *Cal.* prismaticus.

181. LITHOSPERMUM. *Cor.* fauce nuda, infundibulif. *Cal.* 5partitus.

187. ONOSMA. *Cor.* fauce nuda, ventricosa.

185. SYMPHYTUM. *Cor.* fauce dentata, ventricosa.

188. BORAGO. *Cor.* fauce dentata, rotata.

190. LYCOPSIS. *Cor.* fauce fornicata, infundibulif. tubo curvato.

189. ASPERUGO. *Cor.* fauce fornicata, infundibulif. *Fructus* compreſſus.

183. CYNOGLOSSUM. *Cor.* fauce fornicata, infundibulif. *Sem.* depreſſa, latere affixa.

182. ANCHUSA. *Cor.* fauce fornicata, infundibulif. tubo baſi priſmatico.

180. MYOSOTIS. *Cor.* fauce fornicata, hypocraterif. lobis emarginatis.

BATSCHIA. *Cor.* hypocrateriformis: tubo lanuginoſo baſi priſmatico. *Sem.* arcuata acuminata.

ARNEBIA. *Cor.* fauce nuda, infundibulif. tubo toto cylindrico.

⊢⊢⊢ *pentaſpermi.*

193. NOLANA. *Sem.* baccata, 2-4locularia.

⊢⊢⊢⊢ *angioſpermi.*

243. CORIS. *Capſ.* 1locularis, 5valvis. *Cor.* irregularis. *Stigma* capitatum.

204. HYDROPHYLLUM. *Capſ.* 1locularis, 2valvis. *Cor.* nectariis 5exarata. *Stigma* 2fidum.

276. GALAX. *Capſ.* 1locularis 2valvis. *Cor.* hypocraterif. *Stigma* ſubrotundum.

198. CORTUSA. *Capſ.* 1locularis, oblonga. *Cor.* rotata. *Stigma* ſubcapitatum.

206. ANAGALLIS. *Capſ.* 1locularis, circumſciſſa. *Cor.* rotata. *Stigma* capitatum.

205. LYSIMACHIA. *Capſ.* 1locularis, 10valvis. *Cor.* rotata. *Stigma* obtuſum.

201. CYCLAMEN. *Capſ.* 1locularis intus pulpoſa. *Cor.* reflexa. *Stigma* acutum.

200. DODECATHEON. *Capſ.* 1locularis, oblonga. *Cor.* reflexa. *Stigma* obtuſum.

199. SOLDANELLA. *Capſ.* 1locularis. *Cor.* lacera. *Stigma* ſimplex.

197. PRIMULA. *Capſ.* 1locularis. *Cor.* infundibulif. fauce pervia. *Stigma* globoſum.

196. ANDROSACE. *Capſ.* 1locularis. *Cor.* hypocraterif. fauce coarctata. *Stigma* globoſum.

195. ARETIA. *Capſ.* 1locularis. *Cor.* hypocraterif. *Stigma* depreſſo-capitatum.

203. HOT-

203. HOTTONIA. *Capſ.* 1locularis. *Cor.* tubus infra ſtamina. *Stigma* globoſum.

BACOPA. *Capſ.* 1locularis. *Cor.* tubus brevis. *Stigma* capitatum.

202. MENYANTHES. *Capſ.* 1locularis. *Cor.* villoſa. *Stigma* 2fidum.

DORAENA. *Capſ.* 1locularis. *Cor.* 5fida. *Stigma* emarginatum.

1295. ALLAMANDA. *Capſ.* 1locularis, lentiformis, 2valvis: valvis cymbiformibus. *Sem.* imbricata.

VOYRIA. *Capſ.* 1locularis, 2valvis, polyſperma. *Cor.* hypocrateriformis. *Stigma* capitatum.

207. THEOPHRASTA. *Capſ.* 1locularis, maxima. *Cor.* campanulata. *Stigma* acutum.

1367. SHEFFIELDIA. *Capſ.* 1locularis, 5valvis. *Cor.* campanulata. *Filamenta* 10, *alterna* ſterilia.

ENDRACHIUM. *Capſ.* 2locularis, bacciformis. *Cor.* urceolata: limbo 5plicato. *Stamina* exſerta.

ANASSER. *Capſ.* 2locularis, 2valvis. *Cor.* urceolata, 5loba. *Stigma* 2dymum.

1368. RETZIA. *Capſ.* 2locularis. *Cor.* cylindrica, extus villoſa. *Stigma* 2fidum.

209. SPIGELIA. *Capſ.* 2locularis, didyma. *Cor.* infundibulif. *Stigma* ſimplex.

210. OPHIORHIZA. *Capſ.* 2locularis, 2loba. *Cor.* infundibulif. *Stigmata* 2.

215. CONVOLVULUS. *Capſ.* 2locularis, 2ſperma. *Cor.* campanulata. *Stigma* 2fidum.

PHACELIA. *Capſ.* 2locularis, 2valvis, 4ſperma. *Cor.* ſubcampanulata. *Stamina* exſerta. *Stigm.* 2.

1248. LISIANTHUS. *Capſ.* 2locularis, polyſperma. *Cor.* infundibulif. ventricoſa. *Stilus* perſiſtens.

208. PATAGONULA. *Capſ.* 2locularis. *Cor.* rotata. *Stilus* dichotomus.

1246. NIGRINA. *Capſ.* 2locularis. *Cor.* infundibulif. *Cal.* inflatus.

246. DATURA. *Capſ.* 2locularis, 4valvis. *Cor.* infundibulif. *Cal.* deciduus.

247. HYOSCYAMUS. *Capſ.* 2locularis opercularis. *Cor.* infundibulif. *Stigma* capitatum.

248. NICOTIANA. *Capſ.* 2locularis. *Cor.* infundibulif. *Stigma* emarginatum.

245. VERBASCUM. *Capſ.* 2locularis. *Cor.* rotata. *Stam.* declinata. *Stigma* obtuſum.

255. CHIRONIA. *Capſ.* 2locularis. *Cor.* tubo urceolato. *Antherae* defloratae ſpirales.

1006. LOBELIA. *Capſ.* 1-3locularis. *Cor.* irregularis. *Cal.* 5fidus.

MURUCOA. *Capſ.* 2-3locularis. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* 5partitus. *Stigm.* 2lamellatum.

194. DIAPENSIA. *Capſ.* 3locularis. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* 8phyllus.

214. PHLOX. *Capſ.* 3locularis. *Cor.* hypocraterif. tubo curvo. *Stigma* 3fidum.

217. POLEMONIUM. *Capſ.* 3locularis. *Cor.* 5partita. *Stamina* valvis impoſita.

CANTUA. *Capſ.* 3locularis. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* urceolatus. *Stigm.* 3.

HOITZIA. *Capſ.* 3locularis. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* tubuloſus. *Stigm.* 3.

216. IPOMOEA. *Cal.* 3locularis. *Cor.* infundibulif. *Stigma* capitatum.

1229. BROSSAEA. *Capſ.* 5locularis. *Cor.* truncata. *Cal.* carnoſus.

212. AZALEA. *Capſ.* 5locularis. *Cor.* campanulata. *Stigma* obtuſum.

1369. EPACRIS. *Capſ.* 5locularis, 5valvis. *Cor.* infundibuliformis, villoſa. *Squamae* nectariferae germini adnatae.

302. CEROPEGIA. *Folliculi* 2. *Cor.* limbo connivente. *Sem.* pappoſa.

297. NERIUM. *Folliculi* 2 erecti. *Cor.* fauce coronata. *Sem.* pappoſa.

299. ECHITES. *Folliculi* 2 recti. *Cor.* infundibuliformis, fauce nuda. *Sem.* pappoſa.

AMSONIA. *Folliculi* 2 erecti. *Cor.* infundibuliformis, fauce clauſo. *Sem.* teretia oblique truncata.

398. PLUMIERIA. *Folliculi* 2 refracti. *Cor.* infundibuliformis. *Sem.* alata.

300. CAMERARIA. *Folliculi* 2 lobati. *Cor.* hypocraterif. *Sem.* alata.

301. TABERNAEMONTANA. *Follic.* 2pulpoſi. *Cor.* hypocraterif. *Sem.* ſimplicia.

295. VINCA. *Folliculi* 2 erecti. *Cor.* hypocraterif. *Sem.* ſimplicia.

OCHRO-

OCHROSTA. *Folliculi* 2 drupacei divaricati. *Cor.* infundibuliformis. *Sem.* inaequalia plana.

1370. IGNATIA. *Drupa* 1locularis polyſperma. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* infundibulif. longiſſima.

293. RAUWOLFIA. *Drupa* 1locularis. *Nuc.* 2. 2loculares.

SMITHIA. *Drupa* globoſa. *Cor.* campanulata, exterius hiſpida.

ARDISIA. *Drupa* 1ſperma. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* reflexa. *Stigma* ſimplex.

BUMELIA. *Drupa* 1ſperma. *Cor.* 5fida. *Nectarium* 5-phyllum.

GYNOPOGON. *Bacca* ſubgloboſa: *nucleo* ſubbiloculari, *Cor.* 5partita. *Cal.* perſiſtens, inferus. *Stigma* globoſum didymum.

ANGUILLARIA. *Bacca* 1ſperma. *Cal.* 5partitus, perſiſtens, corolla 5fida duplo brevior.

TRIGUERA. *Bacca* 2-4locularis ſubgloboſa. *Filamenta* nectarii dentaculis exterius inſerta. *Cor.* campanulata.

JABOROSA. *Bacca Filam.* plana ſummo tubo inſerta. *Stigma* capitatum. *Cor.* calice longior, tubuloſa 5fida.

1251. CARISSA. *Baccae* 2 polyſpermae.

254. JACQUINIA. *Bacca* 1ſperma. *Cor.* 10fida.

259. LAUGIERIA. *Bacca* 1ſperma: nuce 5loculari. *Stigma* capitatum.

258. VARRONIA. *Bacca* 1ſperma: nuce 4loculari. *Stigma* 4plex.

256. CORDIA. *Bacca* 1ſperma: nuce 4loculari. *Stigma* dichotomum. *Calix* baccae accretus.

269. MYRSINE. *Bacca* 1ſperma. *Stigma* lanigerum, propendens.

BLADHIA. *Bacca* 1ſperma. *Sem.* arillatum.

PLOTEA. *Bacca* 1ſperma. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* roſacea 5fida.

ANTURA. *Bacca* 2ſperma. *Cor.* tubus calice 4plo longior. *Stigma* ſimplex.

1252. PAEDERIA. *Bacca* 2ſperma, inflata, fragilis.

294. CERBERA. *Bacca* 2ſperma: Nuces compreſſae, retuſae.

1250. ARDUINA. *Bacca* 2ſperma: *Semin.* oblonga. *Cor.* curvata. *Stigma* 2fidum.

257. EHRETIA. *Bacca* 4ſperma: nuc. 2locul. *Stigma* emarginatum.

192. TOURNEFORTIA. *Bacca* 4ſperma apice pertuſa. *Sem.* 2locularia.

264. SIDEROXYLON. *Bacca* 5sperma. *Cor.* 10fida: laciniis interioribus conniventibus.

263. CHRYSOPHYLLUM. *Bacca* 10sperma. *Cor.* 10fida: laciniis exterioribus patentissimis.

261. COSTRUM. *Bacca* 1locularis. *Filamenta* dente notata.

WILLUGHBEJA. *Bacca* 1-2locularis, ovata. *Stil.* 4gonus. *Stigma* ovato-capitatum, 2cuspidatum, orbiculo plano insidens.

SIMIRA. *Bacca* 2locularis, 2sperma. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* tubulosa, 5fida. *Stilus* apice 2partit.

TOCOYENA. *Bacca* 2locularis, polysperma. *Cor.* hypocraterif.: tubo longissimo. *Stigma* 2lobum.

211. RANDIA. *Bacca* 2locularis, corticosa. *Cal.* ovatus 4-5dentatus.

FAGRAEA. *Bacca* 2locularis carnosa: *Sem.* globosa. *Stigma* peltatum.

253. STRYCHNOS. *Bacca* 2locularis, corticosa. *Stigma* capitatum.

252. CAPSICUM. *Bacca* 2locularis, exsucca. *Antherae* conniventes.

251. SOLANUM. *Bacca* 2locularis. *Antherae* 2 perforatae.

250. PHYSALIS. *Bacca* 2locularis, calice inflato. *Antherae* approximatae.

249. ATROPA. *Bacca* 2locularis. *Stamina* distantia, incurvata.

244. ELLISIA. *Bacca* 2locularis: *Sem.* 2; altero superiori.

262. LYCIUM. *Bacca* 2locularis. *Stam.* basi villo claudentia.

CRYPTOSTOMUM. *Bacca* 3locularis. *Antherae* sub singulis nectarii denticulis insertae.

PLOCAMA. *Bacca* 3locularis: *Sem.* solitaria. *Cor.* 5fida. *Cal.* 5dentatus.

234. MENAIS. *Bacca* 4locularis. *Cal.* 3phyllus. *Stigmata* 2.

SWARTSIA. *Bacca* 4locularis polysperma. *Cal.* rumpens. *Stam.* inclinata.

MANGLILLA. *Drupa* globosa, 1locularis, 1sperma. *Cor.* rotata, 5partita. *Stilus* 0.

CAMAX. *Bacca* 4locularis villosa, ovata. *Cor.* rotata. *Stigm.* 3-4.

BASSOVIA. *Bacca* ovata, nodulosa. *Cor.* 5fida: tubo brevissimo.

URCEOLARIA. *Bacca?* *Cal.* campanulatus, integerrimus. *Cor.* hypocrateriformis, 5fida. *Stigm.* 2clavatum.

MARIPA. *Pericarpium* 2loculare, 2spermum. *Cor.* tubulosa, 5fida. *Stigma* peltatum.

MEI-

MEISTERIA. *Pericarp.* - - - *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5partita: laciniis membrana distinctis. *Stigm.* 3ovata.

VALLARIS. *Pericarp.* - - - *Cal.* 5partitus. *Cor.* hypocrateriformis, 5fida. *Anther.* glanduliferae. *Stigm.* clavata.

* *Achras Linum monogynum. Mimosae nonnullae: Gentiana tentaureum, pulchella.*

†† *superi.*

222. SAMOLUS. *Capsf.* 1locularis, apice 5valvis. *Cor.* hypocraterif. *Stigma* capitat.

226. BELLONIA. *Capsf.* 1locularis, umbilico rostrato. *Cor.* rotata. *Stigma* acutum.

1366. VIRECTA. *Capsf.* 1locularis. *Cor.* infundibulif. *Stigma* 2partitum. *Cal.* 5phyllus, dentibus interjectus.

225. MACROCNEMUM. *Capsf.* 2locularis, turbinata: *Sem.* imbricata. *Cor.* campanulata. *Stigma* 2lobum.

DENTELLA. *Capsf.* globosa, 2locularis, polysperma. *Cor.* tubulosa, 5fida: laciniis 3dentatis. *Stigma* 2.

224. RONDELETIA. *Capsf.* 3locularis, subglobosa. *Cor.* infundibulif. *Stigma* obtusum.

228. CINCHONA. *Capsf.* 2locularis, intus dehiscens. *Cor.* hirsuta. *Stigma* simplex.

227. PORTLANDIA. *Capsf.* 2locularis, coronata. *Cor.* ventricosa. *Stigma* simplex. *Sem.* imbricata.

CHIMARRHIS. *Capsf.* 2locularis, 2valvis: valvis, apice 2fidis, *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* 2fidum.

219. ROELLA. *Capsf.* subbilocularis, coronata. *Cor.* infundibuliformis. *Stigmata* 2.

FORGESIA. *Capsf.* 2locularis, polysperma, semiinfera. *Cor.* intus furfuracea. *Stigma* 2lobum.

220. PHYTEUMA. *Capsf.* 2-3locularis, perforata. *Cor.* 5partita. *Stigma* 2-3fidum.

221. TRACHELIUM. *Capsf.* 3locularis, perforata. *Cor.* infundibulif. *Stigma* globosum.

218. CAMPANULA. *Capsf.* 3-5locularis, perforata. *Cor.* campanulata. *Stigma* 3fidum.

1294. SCAEVOLA. *Drupa* 1sperma. *Cor.* irregulari-flabelliformis: fissura longitudinali.

1329. CLIBADIUM. *Drupa* umbilicata. *Flores* compositi, monoici; *cal. commun.* imbricatus. ♂. *Cor.* disci 5fidae. ♀. *Cor.* radii femineae 3-4.

231. MATTHIOLA. *Bacca* 1sperma. *Cor.* infundibulif. indivisa. *Stigma* obtusum.

RAPANEA. *Bacca* 1locularis, sphaerica 1sperma. *Cor.* 5-6fida. *Filam.* 5-6.

235. MORINDA. *Bacca* 1sperma, aggregata. *Cor.* infundibulif. *Stigma* 2fidum.

CALLICOCCA. *Bacca* 1locularis, angulata, 2sperma. *Flores* aggregati: *involucro* subtetraphyllo. *Stil.* 2fidus.

CEPHAELIS. *Bacca* 2sperma. *Flores* capitati, involucrati. *Receptac.* paleaceum. *Cor.* tubulosa. *Stigma* 2partitum.

229. PSYCHOTHRIA. *Bacca* 2sperma. *Sem.* sulcata. *Cor.* infundibulif. *Stigma* emarginatum.

230. COFFEA. *Bacca* 2sperma. *Sem.* arillata. *Cor.* hypocraterif. *Stigma* 2partitum.

231. CHIOCOCCA. *Bacca* 2sperma. *Cor.* infundibulif. *Stigma* simplex.

MAESA. *Bacca* 1locularis, polysperma, globosa. *Cor.* campanulata. *Stigma* truncatum.

BAEOBOTRYS. *Bacca* 1locularis, globosa, polysperma, calici adnata. *Cor.* tubulosa, 5fida. *Cal.* duplex.

RONABEA. *Bacca* 1locularis, 2pyrena: ossiculis 1spermis. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* tubulosa, 5fida. *Stigma* 2lamellatum.

WILLDENOVIA. *Bacca* 2locularis. *Cor.* hypocrateriformis coriacea 5partita. *Stigma* 2fidum.

BERTIERA. *Bacca* globosa, 2locularis, polysperma. *Cor.* 5fida: tubo brevi; ore villoso. *Stigma* 2lamellatum.

240. GENIPA. *Bacca* 2locularis, subrotunda. *Cor.* rotata. *Stigma* clavatum.

233. LONICERA. *Bacca* 2locularis subrotunda. *Cor.* inaequalis. *Stigma* capitatum.

CYRTANTHUS. *Bacca* ovata 1locularis. *Cor.* 5partita: tubo recurvo. *Stigma* 3fidum.

296. GARDENIA. *Bacca* 4locularis, polysperma. *Antherae in* tubo corollae sessiles.

234. TRIOSTEUM. *Bacca* 3locularis, coriacea. *Cor.* inaequalis. *Stigma* oblongum.

SCHOEPFIA. *Bacca* 3locularis. *Cor.* campanulata. *Stigm.* capitatum, 3fidum.

241. MUSSAENDA. *Bacca* 4locularis, oblonga. *Cor.* infundibulif. *Stigma* 2partitum.

PATIMA. *Bacca* 4-6locularis, polyſperma. *Cal.* ſubquinquefidus. *Cor.* - - -

232. HAMELLIA. *Bacca* 5locularis, polyſperma. *Cor.* tubo longo. *Stigma* lineare.

VANGUERIA. *Bacca* 5locularis, 5ſperma. *Cor.* campanulato-globoſa, 5fida, intus hirta. *Cal.* 5dentatus, patens. *Antherae* vix exſertae.

SABICEA. *Bacca* 5locularis, polyſperma. *Cor.* infundibulif. *Involucr.* 4fidum. *Stigma* 5partitum.

ORIBASIA. *Bacca* globoſa 5locularis. *Cor.* tubuloſa 5fida. *Stil.* 2fidus.

238. ERITHALIS. *Bacca* 10locularis, ſubglobоſa. *Cor.* rotata. *Stigma* acutum.

1003. SERIPHIUM. *Sem.* 1. oblongum. *Cor.* regularis. *Cal.* imbricatus. *Antherae* connexae.

1004. CORYMBIUM. *Sem.* 1. lanatum. *Cor.* regularis. *Cal.* 2phyllus, priſmaticus. *Antherae* connexae.

SHAWIA. *Sem.* 1. oblongum, pappo coronatum. *Cor.* infundibulif. *Cal.* imbricatus. *Antherae* connexae.

1142. OPHIOXYLUM. *Cor.* infundibulif. 5fida. *Cal.* 5fidus. *Flores* mere maſculi in eadem planta interſiti *nectar.* cylindr. *Stam.* 2.

1276. LEEA. *Flores* monoici. *Cal.* 5fidus, *Cor.* 5fida, cum nect. cylindr. tubi.

STEPHANIUM. ♀. *Pericarp.* 6locul. *Sem.* ſolitaria.

UNCARIA. *Pericarp.* 2loculare, 2ſpermum. *Cor.* infundibuliformis. *Stigm.* 2.

PORAQUEIBA. *Pericarp.* 2loculare, polyſpermum. *Cor.* hypocrateriformis. *Stigma* 2ſtell.

Pericarpium - - - *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5partita. *Anth.* 2loculares, 4gonae, coadunatae. *Stigm.* 3.

MAPURIA. *Pericarpium* - - - *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5fida: tubo brevi. *Stigma* 2lamellatum.

TAPU-

TAPURA. *Pericarpium* - - - *Cal.* 6partitus. *Cor.* 2labiata. Filamentum 5tum longissimum. *Germen* 3gonum. *Stigma* 3lobum.

* *Ixia pentandra.*
Rubia.
Crucianella.
Prinos.

** *Flores dipetali.*
Musa.

*** *Flores tripetali.*

1281. CANARIUM. *Flores* dioici. *Cal.* 2phyllus. ♀. *Stigma* sessile. *Drupa* nuce trigona *Bursera.*

MEESIA. *Drupae* 5 1loculares, 1spermae. *Cor.* patens, calice staminibusque longior.

XYSTRIS. *Drupa* globosa: nuce 1loculari. *Cor.* 5partita. *Stil.* 2 inferne coaliti.

DIGERA. *Drupa* globosa, calice corollaque clausa: *nuce* 1loculari, 1sperma.

**** *Flores tetrapetali.*

CADALA. *Capsf.* 1locularis, cylindrica, 2valvis. *Cal.* 4phylllus.

* *Oldenlandia* pentandra.

***** *Flores pentapetali.*
† *inferi.*

280. HIRTELLA. *Bacca* 1sperma. *Stilus* lateralis. *Stamina* persistentia, spiralia.

265. RHAMNUS. *Bacca* 3locularis, rotunda. *Cal.* tubulosus, corollifer. *Squamae* oris 5convergentes.

CARPODETUS. *Cal.* 5dentatus, germini adnatus. *Cor.* 5petala. *Stigma* capitat. depressum. *Bacca* globosa 5locularis.

267. CEANOTHUS. *Bacca* 3cocca. *Cal.* tubulosus corollifer. *Petala* fornicata.

270. CELASTRUS. *Bacca* 3cocca. *Cal.* planus. *Sem.* arillata.
RUYSCHIA. *Bacca capsular.* polysperma. *Cal.* 5phyllus, bractea clavata subjecta. *Cor.* reflexa. *Stil.* 0.

271. EUONYMUS. *Bacca* capsularis lobata. *Cal.* patens. *Sem.* baccato-arillata.

1296. AQUILICIA. *Bacca* sperma. *Cor.* nectario arceolato.

284. VITIS. *Bacca* sperma. *Cor.* saepe emarcido-connata. *Stil.* o.

1327. GLUTA. *Bacca?* pedicellata. *Petala* inferne agglutinata, *filamenta* receptaculi apici inserta, *germen* insidens. *Cal.* campanulatus, deciduus.

BRASILIUM. *Drupa* ovalis: nuce 1loculari. *Cal.* persistens 5partitus. *Stil.* o. *Stigma* 2lobum.

RUBENTIA. *Drupa* ovata; *Nux* 2locularis, 2sperma. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5patentia.

ELAEODENDRON. *Drupa* ovata, *nuce* 2loculari.

278. MANGIFERA. *Drupa* reniformis: *nucleo* lanuginoso. *Petala* lanceolata.

1373. CORYNOCARPUS. *Nux* clavata. *Nectaria* 5petaliformia, cum petalis alternantia, basi glandulifera.

HYPERANTHERA. *Legumen* teres subarticulatum, sexangulare. *Stamina* 9, quorum 4sterilia.

272. DIOSMA. *Capf.* 5plex. *Nectar.* germen coronans. *Sem.* arillata.

268. BÜTTNERA. *Capf.* 5cocca. *Petala* auriculata. *Stamina* nectario annexa.

CALODENDRUM. *Capf.* 5locularis. *Nectarium* 5phyllum.

277. CEDRELA. *Capf.* 5locularis basi dehiscens. *Cor.* receptaculo unita. *Sem.* alata.

POLYCARDIA. *Capf.* 5locularis, 5valvis, coriacea. *Cal.* 5lobus. *Stigm.* lobatum.

MELHANIA. *Capf.* 5locularis, 5valvis, globosa, 4sperma. *Sem.* cuneat. punctata.

HYENIA. *Capf.* 5locularis. *Petala* connata in stellam unguibus longis. *Antherae* germini proximae sub stella. *Cal.* 5phyllus.

GERUMA. *Capf.* 4locularis, 4valvis, 2sperma. *Semina* ovata pulpae albae innidulans 4.

CATHA. *Capf.* 3locularis cylindrica. *Sem.* solitaria. *Nectarium* cyathiforme.

HOVENIA. *Capf.* 3locularis, 3valvis. *Petala* convoluta. *Stigma* trifidum.

PITTOSPORUM. *Capf.* 3locularis: loculis resina liquida plenis. *Petala* unguibus conniventia laminis patula. *Cal.* 5phyllus deciduus.

1008. IMPATIENS. *Capf.* 1locularis, 5valvis. *Cor.* irregularis. *Nectarium* 1phyllum cucullatum. *Stamina* cohaerentia. *Cal.* 2phyllus.

1007. VIOLA. *Capſ.* 1locularis, 3valvis. *Cor.* irregularis: petalo inferiori cornuto. *Antherae* cohaerentes. *Cal.* 5phyllus.

1234. RORIDULA. *Capſ.* 1locularis, 3valvis. *Nectarium* antherae ſcrotiforme.

275. ITEA. *Capſ.* 1locularis, 2valvis. *Cor.* corollifer. *Stigma* obtuſum.

286. SAUVAGESIA. *Capſ.* 1locularis. *Nectar.* 5phyllum. *Petala* fimbriata.

LOGANIA. *Pericarp.* 5loculare. *Cal.* coriaceus 5-6-phyllus. *Cor.* carnoſa, reflexa. *Filamenta* baſi dilatata. *Stigmata* 5radiata.

CAROXYLON. *Sem.* tunica veſtitum. *Nectarium* 5phyllum connivens, corollae inſertum.

274. BRUNIA. *Sem.* 1-6 vel bacca corticata 2locularis. *Recept. commune* villoſum. *Stamina* unguibus petalorum aut fundo calicis inſerta.

237. KUHNIA. *Sem.* 1 pappoſum. *Recept. commune* nudum.

CANEPHORA. *Fructus* 2ſpermus. *Flores* ſquamulis diſtincti.

223. NAUCLEA. *Capſ.* 2cocca. *Recept. commune* globoſum ſubvilloſum.

CONOHORIA. *Pericarp.* - - - *Cal.* 5partitus. *Petala* incumbentia, ad baſin foliolo concavo acuta. *Stil.* flexuoſus. *Stigma* capitatum.

* *Caeſalpinia pentandra. Tribulus pentandrus. Bombax pentandrum. Quaſſia excelſa. Caſſia nictitans. Serpens piloſa.*

†† *ſuperi.*

MELICYTUS. *Bacca* 1locularis, polyſperma. *Cal.* 5dentatus. *Nectar.* e ſquam. 5. *Flores* dioici.

281. RIBES. *Bacca* polyſperma. *Cal.* corollifer. *Stilus* 2fidus.

1372. ESCALLONIA. *Bacca* polyſperma, 2locularis. *Petala* diſtantia lingulata. *Stigma* capitatum.

283. HEDERA. *Bacca* 5ſperma, calice cincta. *Stigma* ſimplex.

1249. PLECTRONIA. *Bacca* 2ſperma. *Cal.* unguibus clauſus. *Antherae* incluſae, geminatae.

1002. STRUMPFIA. *Bacca* 1ſperma. *Antherae* cohaerentes. *Cal.* 5dentatus.

266. PHYLICA. *Bacca* 3cocca. *Cal.* tubuloſus corollifer ſquamis 5 convergentibus.

TURIA. *Pomum*, calice ſtilo ſtaminumque rudimentis coronatum. *Flores* monoici. *Cal.* 5partitus.

1297. HELICONIA. *Capſ.* 3cocca. *Cor.* irregularis. *Cal.* 0.

1374. ARGOPHYLLUM. *Capſ.* 3locularis. *Nectarium* pyramidale, 5angulare, longitudine corollae.

1005. JASIONE. *Capſ.* 2locularis. *Cor.* regularis. *Antherae* cohaerentes. *Cal.* communis 10phyllus.

LIGNONIA. *Pericarp.* 2loculare. *Cal.* 5dentatus. *Petal.* 1reliquis majus emarginatum. *Anther.* cohaerentes. *Stigma* 2lobum.

CYPHIA. *Pericarp.* - - - *Cal.* 5fidus. *Petala* linearia. *Filamenta* piloſa. *Stigma* cernuum, gibboſum.

1247. CYRILLA. *Capſ.* 2locularis, polyſperma. *Stilus* 2fidus. *Petala* acuminata.

282. GRONOVIA. *Capſ.* 1ſperma colorata. *Cal.* coloratus. *Petala* minuta.

MOLLIA. *Capſ.* matura 1locularis, coriacea, evalvis, apice amplo foramine dehiſcens. *Cal.* 5dentatus. *Stigma* globoſum.

285. LAGOECIA. *Sem.* 2 nuda. *Cal.* pinnato-pectinatus. *Petala* 2cornia.

236. CONOCARPUS. *Sem.* 1. nudum. *Cal.* campanulatus. *Petala* conniventia.

PAYPAYROLA. *Peric.* 2loculare. *Cal.* 5partitus. *Petala* in tubum conjuncta. *Stigma* 2lobum.

****** *Flores penta-dodecapetali.*

******* *Flores incompleti.*

† *inferi.*

EUPAREA. *Cal.* 5phyllus, corolla brevior. *Petala* oblonga, anguſta. *Bacca* exſucca, ſupera, 1locularis, polyſperma.

RINOREA. *Cal.* 5partitus. *Petali* 10. *Anther.* 2loculares, 2valves.

288. ACHYRANTHES. *Sem.* 1. oblongum. *Cal.* exterior, 3phyllus nudus.

1167. CERATONIA. *Arbores* mere maſculae et mere femineae hermaphroditis intermiſtae. *Legumen* coriaceum, polyſpermum. *Stil.* filiformis. *Cal.* 5partitus.

1162. PISONIA. *Flores* praeter hermaphroditos et maſculi et feminei in eadem aut diſtincta planta.

ta. *Capſ.* 1locularis, 1ſperma, 5valvis. *Cor.* campanulata, 5fida. *Cal.* 0.

290. ILLECEBRUM. *Capſ.* 1ſperma, 5valvis. *Cal.* ſimplex, rudis.
CHENOLEA. *Capſ.* 1ſperma, 1valvis. *Cal.* 5fidus.

289. CELOSIA. *Capſ.* 3ſperma. *Cal.* exterior, 3phyllus, coloratus.

291. GLAUX. *Capſ.* 5ſperma, 5valvis. *Cal.* ſimplex, rudior, campanulatus.

COLLETIA. *Capſ.* 3cocca, 3ſperma. *Cal.* urceolatus, 5fidus: intus plicis 5ſquamiformibus.

1110. ANTIDESMA. *Bacca* cylindrica, 1ſperma. *Flores* dioici. *Cal.* 5phyllus.
♀. *Stigm.* 5.

PENNANTIA. *Cal.* 0. *Cor.* 5petala, patens. *Stil.* 0. *Stigma* peltat. ſubtrilobum. *Flores* mere maſculi in diſtincta planta.

HEDYCREA. *Cor.* 0. *Cal.* hemiſphaericus, 5dentatus. *Drupa* ovalis 1locularis: *Nux* ovata, 1locularis.

AMANOA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* 0. *Germen* 3 angulare. *Stigma* 3gonum fimbriatum.

* *Salix pentandra.*
* *Polygonum amphibium, lapathifolium, virginianum.*

†† *ſuperi.*

292. THESIUM. *Sem.* 1. coronatum. *Cal.* ſtaminifer.
GYMNOCARPOS. *Sem.* 1. nudum. *Stamina* 5 ſterilia, 5 fertilia.

PAPULARIA. *Germen* cylindric. *Cor.* calicina. *Cal.* 0.

1157. GOUANIA. *Fructus* 3partibilis. *Cal.* 5partitus. *Antherae* ſub calyptra tectae. *Stil.* 3fidus. *Flores* mere maſculi in eadem planta.

1163. NYSSA. *Drupa.* *Cal.* 5partitus. *Flores* maſculi in diſtincta planta *ſtamin.* 10.

BREYNIA. *Bacca* 3locularis. *Sem.* bina. *Antherae* ſtilo proximae ſeſſiles. *Cal.* 6partitus, fructus patentiſſimus. *Flores* maſculi et feminei ſinguli in diſtincta ab hermaphroditis planta.

* *Loranthus Trianthema monogyna.*
Ariſtolochia pentandra. Laurus Borbonia.
* *an diſtincti generis nova illa planta, a Peterſon journeys into Caffraria &c. p. 124. memorata et depicta?*

DIGY-

DIGYNIA.

* *Flores incompleti.*

MICROTEA. *Drupa* ficca, echinata. *Cal.* 5phyllus, patens.

CELTIS. *Drupa* 1sperma. *Flores* alii hermaphroditi, alii in eadem planta masculi.
☿. *Cal.* 5partitus.
♂. *Cal.* 6partitus. *Stam.* 6.

1108. PISTACIA. *Drupa* 1sperma. *Flores* amentacei masculi et feminei in distincta planta.
♂. *Cal.* 5fidus.
♀. *Cal.* 3fidus.

1115. CANNABIS. *Nux* 2valvis intra calicem clausum. *Flores* masculi et feminei in distincta planta.
♂. *Cal.* 5partitus.
♀. *Cal.* integer, latere hians.

1059. IVA. *Flores* compositi monoici. *Cal. communis* 3phyllus.
♂. *Cor.* disci 1petalae, 5fidae. *Receptac.* pilis distinctum.
♀. *Flosc.* radii 5. *Cor.* 0. *Stil.* longi. *Sem.* nudum, obtusum.

1056. XANTHIUM. *Flor.* compositi monoici.
♂. *Cal. commun.* imbricatus. *Cor.* 1petalae, 5fidae, infundibuliform. *Receptac.* paleaceum.
♀. *Cal.* involucr. 2phyllum, 2florum. *Cor.* 0. *Drupa* ficca, muricata, 2fida: *nucleo* 2loculari.

1277. NEPHELIUM. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 5dentatus.
♀. *Cal.* 4fidus. *Drupae* 2ficcae, muricatae, 1spermae.

316. ULMUS. *Bacca* exsucca, compressa. *Cal.* 1phyllus, emarcescens.

315. BOSEA. *Bacca* 1sperma. *Cal.* 5phyllus.

314. GOMPHRENA. *Capsf.* 1sperma, circumscissa. *Cal.* 2phyllus, compressus, coloratus.

ROCAMA. *Capsf.* 2locularis, 2sperma. *Cal.* 1phyllus, cornieulatus.

1116. HUMULUS. *Sem.* 1 intra calicem foliatum. *Flores* dioici.

1153. ATRIPLEX.	♂. *Cal.* 5phyllus. ♀. *Cal.* 1phyllus, oblique patens, integer. *Sem.* 1 compreſſum. *Flores* mere feminei in eadem planta.
309. CHENOPODIUM.	☿. *Cal.* 5phyllus. ♀. *Cal.* 2phyllus. *Sem.* 1. lenticulare. *Cal.* 5partitus: laciniis concavis.
310. BETA.	*Sem.* 1. reniforme. *Cal.* 5partitus, baſi capſulam 1locularem fovens.
308. HERNIARIA.	*Sem.* 1. ovatum tectum. *Cal.* 5partitus. *Filam.* 5 ſterilia.
311. SALSOLA.	*Sem.* 1. cochleatum, capſulae incluſum, calice tectum. *Cal.* 5partitus.
ANREDERA.	*Sem.* 1 tectum calice compreſſo membranaceo 2alato. *Cal.* 2partitus: laciniis dorſo carinatis.

* *Rhamnus Zizyphus. Polygonum virginianum. Amphibium lapathifolium, filiforme. Trianthema pentandrum. Celoſia procumbens. Brunia nodiflora. Staphylea pinnata. Quercus. Scloranthus annuus.*

** *Flores monopetali, omnes inferi.*

1253. PERGULARIA.	*Folliculi* 2. *Cor.* hypocrateriformis. *Nectaria* 5 ſemiſagittata.
307. STAPELIA.	*Folliculi* 2. *Cor.* rotata: nectariis ſtellatis.
304. CYNANCHUM.	*Folliculi* 2. *Cor.* rotata: nectario cylindrico plicato-angulato.
303. PERIPLOCA.	*Folliculi* 2. *Cor.* rotata: nectariis 5 filiformibus.
CYNOCTONUM.	*Folliculi* 2 erecti baſi ventricoſi. *Cor.* ventricoſa, clauſa.
305. APOCYNUM.	*Folliculi* 2. *Cor.* campanulata: nectariis glandulosis 5, ſetis 5.
306. ASCLEPIAS.	*Folliculi* 2. *Cor.* plana vel reflexa: nectariis quinque cucullatis unguiculatis.
MATELEA.	*Folliculus* 1. *Cor.* 5fida, tubo breviſſimo. *Germen* alterum abortiens.
VILLARSIA.	*Capſ.* 1locularis, polyſperma. *Cor.* campanulata.
321. SWERTIA.	*Capſ.* 1locularis, 2valvis. *Cor.* rotata: poris 5 nectariferis.

322.

322. GENTIANA. *Capſ.* 1locularis, 2valvis. *Cor.* tubuloſa. *Receptac.* 2.

313. CRESSA. *Capſ.* 1ſperma, 2valvis. *Cor.* hypocrateriformis: limbo reflexo.

DICHONDRA. *Capſ.* 2. *Cor.* rotata, 5partita. *Cal.* 5partitus.

318. HYDROLEA. *Capſ.* 2locularis, 2valvis. *Cor.* rotato-campanulata.

DEMIDOFIA. *Nuces* 2. *Cor.* tubuloſa.

1339. PORANA. *Fructus* 2valvis, calice acuto. *Stil.* elongatus, ſemibifidus.

319. SCHREBERA. *Fructus* 2locularis. *Cor.* infundibulif. *Nectarii ſquama* filam. ſingulis adnata.

ROCHEFORTIA. *Fructus* 2locularis, polyſpermus. *Cor.* infundibulif. fauce pervia. *Cal.* 5partitus.

1254. STERIS. *Bacca* polyſperma. *Cor.* rotata.

1375. MELODINUS. *Bacca* 2locularis, polyſperma. *Faux corollae* coronata.

*** *Flores tetrapetali.*

* *Oldenlandia digyna.*

**** *Flores pentapetali.*

† *inferi.*

447. VELEZIA. *Capſ.* 1locularis, 1valvis. *Cal.* tubuloſus.

317. NAMA. *Capſ.* 2locularis, 2valvis. *Cor.* minor, rotato-hypocrateriformis.

1293. LINCONIA. *Capſ.* 2locularis. *Petalis* lacuna. *Cal.* 4phyllus.

320. HEUCHERA. *Capſ.* 2locularis, 2roſtris. *Cor.* calici inſerta.

BUMALDA. *Capſ.* 2locularis, 2roſtris. *Stili* villoſi.

1113. IRESINE. *Capſ.* ſeminibus tomentoſis. *Flores* dioici. *Cal.* 2phyllus.
♂. *Nectaria* 7.
♀. *Stigmat.* ſeſſilia.

312. ANABASIS. *Bacca* 1ſperma. *Cor.* 5petala, minima.

* *Staphylea pinnata.*

†† *ſuperi, plurimi utplurimum diſpermi,* Umbellatae.
⊢ *involucro univerſali partialique.*

VAHLIA. *Flores* caliculati, ſparſi *Capſula.*

323. PHYLLIS. *Flores* diſperſi. *Stigmata* hiſpida.

1377. COPROSMA. *Flores* mere maſculi et feminei hermaphroditis intermiſti. *Cal.* 5partitus. *Bacca* 2ſperma. *Semina* planiuſcula.

1166. PANAX. *Flores* alii masculi, alii hermaphroditi in distincta planta.
♂. *Cal.* integer.
☿. *Cal.* 5dentatus. *Bacca* 2sperma.

1165. ARCTOPUS. *Umbellae* aliae compositae mere masculae, aliae simplices ex flosculis masculis femineisque conflatae.
♂. *Involucr.* 5phylla. *Pist.* 2. abortientia.
Androg. Involucr. 4partitum, spinosum, maximum, flosculis masculis in disco plurimis, femineis in radio 4.
♀. *Sem.* 1. 2loculare.

1332. HERMAS. *Umbellae* aliae terminales hermaphroditae, aliae laterales masculae.
♂. *Umbellulae* multiflorae.
☿. *Umbellulae* radiis truncatis, centrali florifero. *Stam.* sterilia. *Sem.* 2 suborbiculata.

324. ERYNGIUM. *Flores* capitati. *Receptaculum* paleaceum.

325. HYDROCOTYLE. *Flores* subumbellati fertiles. *Semina* compressa.

326. SANICULA. *Flores* subumbellati abortivi. *Sem.* muricata.

327. ASTRANTIA. *Flores* umbellati abortivi. *Involucra* colorata. *Sem.* rugosa.

345. HERACLEUM. *Flores* radiati, abortivi. *Invol.* deciduum. *Sem.* membranacea.

352. OENANTHE. *Flores* radiati, radio abortivi. *Invol.* simplex. *Sem.* coronata, sessilia.

329. ECHINOPHORA. *Flores* radiati abortivi. *Invol.* simplex. *Sem.* sessilia.

331. CAUCALIS. *Flores* radiati, abortivi. *Invol.* simplex. *Sem.* muricata.

332. ARTEDIA. *Flores* radiati, abortivi. *Invol.* pinnatum. *Sem.* margine crenis foliaceis.

333. DAUCUS. *Flores* radiati, abortivi. *Invol.* pinnatum. *Sem.* hispida.

330. TORDYLIUM. *Flores* radiati, fertiles. *Invol.* simplex. *Sem.* margine crenata.

344. LASERPITIUM. *Flores* flosculosi, abortivi. *Petala* cordata. *Sem.* 4alata.

339. PEUCEDANUM. *Flores* flosculosi, abortivi. *Invol.* simplex. *Sem.* depressa, striata.

334. AMMI. *Flores* flosculosi, fertiles. *Invol.* pinnatum. *Sem.* gibba, laevia.

341. HASSELQUISTIA. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Pet.* cordata. *Sem.* radii plana, diſci urceolata.

336. CONIUM. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Involucell.* dimidiata. *Pet.* cordata. *Sem.* gibba, coſtato-ſulcata.

335. BUNIUM. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Involuc.* ſetacea. *Petala* cordata.

338. ATHAMANTA. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Pet.* cordata. *Sem.* convexa, ſtriata.

328. BUPLEURUM. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Involuc.* petaliform. *Pet.* involuta.

348. SIUM. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Petal.* cordata. *Sem.* ſubovata, ſtriata.

337. SELINUM. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Pet.* cordata. *Sem.* depreſſa, ſtriata.

351. CUMINUM. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Umb.* 4fida. *Involuc.* ſetaceis, longiſſimis. *Pet.* cordata.

343. FERULA. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Petal.* cordata. *Sem.* plana.

340. CRITHMUM. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Involuc.* horizontale. *Pet.* planiuſcula.

SPANANTHE. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Inv.* ſubheptaphyllum. *Petala* lanceolata patentiſſima.

350. BUBON. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Inv.* 5phyllum. *Pet.* planiuſcula.

342. CACHRYS. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Pet.* planiuſcula. *Sem.* cortice ſuberoſo.

346. LIGUSTICUM. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Involucr.* membranacea. *Petala* involuta.

347. ANGELICA. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Umbellul.* globoſae. *Petala* planiuſcula.

349. SISON. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Umbella* depauperata. *Pet.* planiuſcula.

⊢⊢ *involucris partialibus, univerſali nullo.*

356. CORIANDRUM. *Flores* radiati abortivi. *Fr.* ſubgloboſi.

357. SCANDIX. *Flores* radiati, abortivi. *Fr.* oblongi.

355. AETHUSA. *Flores* ſubradiati, fertiles. *Involucell.* dimidiata.

353. PHELLANDRIUM. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Fr.* coronati.

359. IMPERATORIA. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Umbella* expanſo-plana.

360. SESELI. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Umbella* rigidula.
354. CICUTA. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Petala* planiuſcula.
358. CHAEROPHYLLUM. *Flores* floſculoſi, abortivi. *Involuc.* 5phylla.

* *Bupleurum rotundifolium. Apium Petroſelinum. Pimpinella. Aniſum.*

⊢⊢⊢ *involucro plane nullo.*

CHAMITIS. *Petala* ovato-oblonga obtuſa, integerrima. *Cal.* ſuperus, 5dentatus perſiſtens. *Fructus* ſubgloboſus, ſtriatus, 2partibilis.

363. SMYRNIUM. *Flores* floſculoſi abortivi. *Sem.* reniformia, angulata.
364. CARUM. *Flores* floſculoſi abortivi. *Sem.* gibba, ſtriata.
361. THAPSIA. *Flores* floſculoſi fertiles. *Sem.* membranaceo-alata, emarginata.
362. PASTINACA. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Sem.* depreſſoplana.
364. ANETHUM. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Sem.* marginata, ſtriata.
368. AEGOPODIUM. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Sem.* gibba, ſtriata. *Petala* cordata.
367. APIUM. *Flores* floſculoſi, fertiles. *Petala* inflexa. *Sem.* minuta, ſtriata.
366. PIMPINELLA. *Flores* floſculoſi fertiles. *Umbellae* ante floreſcentiam nutantes. *Petala* cordata.
1378. CUSSONIA. *Petala* 3gona. *Receptaculum* margine dilatatum in *calicem* 5dentatum.

TRIGYNIA.

* *Flores ſuperi.*

GRISELINA. *Cal.* 5dentatus. *Germen* oblongum, 1ſpermum.
370. VIBURNUM. *Cor.* 5fida. *Bacca* 1ſperma.
372. SAMBUCUS. *Cor.* 5fida. *Bacca* 3ſperma.
1117. ZANONIA. *Flores* dioici. *Cor.* 5partita. *Cal.* 3phyllus. *Bacca* 3locularis. *Sem.* 2.
1118. FEUILLEA. *Flores* dioici. *Cor.* 5fida. *Cal.* 5fidus.
♂. *Nectar.* filam. 5 conniventia.
♀. *Pomum* durum 3loculare, corticoſum.

QUIN-

?QUINCHAMALIUM. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5fida. *Capſ.* 3locular. polyſperma.

CURTISIA. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5petala. *Nectar.* glanduloſum, annulare. *Capſ.* 3 approximatae, ſubgloboſae, 1loculares, 2ſpermae.

†† *flores inferi.*

1021. PASSIFLORA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Nectarium* Corona. *Stam.* germini proxima. *Bacca* pedicellata.

1111. ASTRONIUM. *Flores* dioici. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus *Sem.* 1.

SUAEDA. *Cor.* 0. *Cal.* carnoſ. 5fidus. *Sem.* 1.

382. BASELLA. *Cor.* 0. *Cal.* 6fidus. *Sem.* 1. globoſum, calice baccato incluſum.

378. CORRIGIOLA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5partitus. *Sem.* 1. triquetrum.

1379. SEMECARPUS. *Cor.* 5petala. *Drupa* cordata, celluloſa, 1ſperma.

369. RHUS. *Cor.* 5petala. *Bacca* 1ſperma.

371. CASSINE. *Cor.* 5petala. *Bacca* 3ſperma.

ARUBA. *Cor.* 5-6petala. *Filamenta* 5-8. *Germina* 3-6. *Capſ.* 3-6 1loculares, 1ſpermae.

1299. XYLOPHYLLA. *Capſ.* 3cocca: ſeminibus binis. *Cal.* 5partitus.

REICHELIA. *Capſ.* ſubtrigona, 3locularis, polyſperma circumſciſſa. *Cor.* campanulata. *Cal.* 5partitus.

SALMASIA. *Capſ.* 3gona, 3locularis, 3valvis. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5partitus. *Stil.* 0.

379. PHARNACEUM. *Capſ.* 3locularis. *Cor.* 0. *Cal.* 5phyllus.

373. SPATHELIA. *Capſ.* 3locularis, 3gona, 1ſperma. *Cor.* 5petala. *Filamenta* baſi dentata.

374. STAPHYLEA. *Capſ.* 2-3fida, inflata. *Cor.* 5petala.

375. TAMARIX. *Capſ.* 1locularis. *Sem.* pappoſa. *Cor.* 5petala.

381. DRYPIS. *Capſ.* 1ſperma, circumſciſſa. *Cor.* 5petala, coronata.

376. TURNERA. *Capſ.* 1locularis. *Cor.* 5petala. *Cal.* 1phyllus, corollifer.

383. SAROTHRA. *Capſ.* 1locularis, colorata. *Cor.* 5petala. *Cal.* 1phyllus.

380. ALSINE. *Capſ.* 1locularis. *Cor.* 5petala: *petalis* 2fidis. *Cal.* 5phyllus.

377. TELEPHIUM. *Capſ.* 1locularis triquetra. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus.

1095. ANDRACHNE. *Flores* monoici. *Cal.* 5phyllus.
♂. *Cor.* 5petala. *Stam.* ſtili rudimento inſerta.
♀. *Cor.* 0. *Capſ.* 3locularis. *Sem.* 2.

1140. CLUTIA. *Flores* dioici. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala.
♀. *Capſ.* 3locularis. *Sem.* 1.

* *Rhamnus Paliurus, ellipticus, Celaſtrus. Salſola Kali, altiſſima, ſalſa. Celoſia trigyna, baccata. Amaranthi pentandri; Hydrolea trigyna. Quercus. Polygonum ocreatum.*

TETRAGYNIA.

384. PARNASSIA. *Cor.* 5petala. *Nectar.* 5ciliato-glandulosa. *Capſ.* 4valvis.

385. EVOLVULUS. *Cor.* 1petala. *Capſ.* 4locularis.

1112. SPINACIA. *Flor.* dioici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 4partitus.
♀. *Cal.* 4fidus. *Sem.* 1. intra calicem induratum.

* *Ilex Aquifolium.* Quercus.

PENTAGYNIA.

* *Flores ſuperi.*

386. ARALIA. *Cor.* 5petala. *Bacca* 5ſperma.

GLOSSOPETALUM. *Petala* 5ligula truncata acuta. *Bacca* 1locularis, 5ſulcata, 5ſperma.

** *Flores inferi.*

1109. XANTHOXYLUM. *Flores* nunc hermaphroditi, nunc dioici. *Cor.* 0. *Cal.* 5partitus. *Capſ.* 5. 1ſpermae.

392. CRASSULA. *Cor.* 5partita. *Capſ.* 5. polyſpermae.

1340. GIESECKIA. *Cor.* 0. *Cal.* 5phyllus. *Capſ.* 5. rotundae, 5ſpermae.

SCHRANCKIA. *Cal.* 1phyllus. *Cor.* 5petala. *Filam.* 1. *Capſ.* 5ſtriatae, 5valves.

WISENIA. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5petala. *Capſ.* 5. 1oculares.

389. LINUM. *Cor.* 5petala. *Capſ.* 10locularis, 2ſperma.
390. ALDROVANDA. *Cor.* 5petala. *Capſ.* 1locularis, 10ſperma.
BURCARDIA. *Cor.* 5petala. *Capſ.* 1locularis, 7-8ſperma.
QUAPOYA. *Flores* dioici. *Cor.* 5-6petala. *Cal.* 5-6-partitus.
♀. *Capſ.* globoſa, 5ſtriata, 5valvis, polyſperma.
391. DROSERA. *Cor.* 5petala. *Capſ.* 1locularis, apice dehiſcens.
1255. MAHERNIA. *Cor.* 5petala. *Capſ.* 5locularis.
1380. COMMERSONIA. *Cor.* 5petala. *Nectar.* 5partitum. *Cal.* 1-phyllus, corollifer. *Capſ.* 5locularis.
393. SIBBALDIA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 10fidus. *Sem.* 5.
1114. ACNIDA. *Flores* dioici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 5phyllus.
♀. *Cal.* 2phyllus. *Sem.* 1. *calice* ſucculento tectum.
388. STATICE. *Cor.* 5partita. *Sem.* 1. calice infundibuliformi veſtitum.

* *Ceraſtium pentandrum, ſemidecandrum. Spergula pentandra. Crania pentandra. Quercus. Helioteifer pentandra.*

HEXAGYNIA.

ERACLISSA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 0. *Capſ.* 3locularis, 6valvis, 2ſperma.

POLYGYNIA.

394. MYOSURUS. *Cal.* 5phyllus. *Nectar.* 5lingulata. *Sem.* numeroſa.
SCHEFFLERA. *Cor.* 5petala decidua. *Capſ.* 8-10locularis calice 5dentato coronato.

* *Ranunculus hederaceus.*

MONO-

MONOGYNIA.

179. HELIOTROPIUM.

Cor. hypocrateriformis, 5fida interjectis plicis fauce clausa squamis fornicatis. *Nuces* 4 imperforatae.

peruvianum. 1. H. foliis lanceolato-ovatis, caule frutescente, spicis numerosis aggregato-corymbosis. *Mill. ic. t.* 143.

indicum. 2. H. foliis cordato-ovatis acutis scabriusculis, spicis solitariis, fructibus bifidis. *Pluckn. phyt.* 245. *f.* 4.

coromandelianum. 3. H. foliis obovatis villosis integris, spicis simplicibus conjugatisque, seminibus punctatis. *Koenig ap. Retz. obs. bot.* 2. *p.* 9.

malabaricum. 4. H. foliis ovatis plicatis strigosis integerrimis, spicis subsolitariis. *Retz. obs. bot.* 4. *p.* 24. *Burm. fl. ind. t.* 16. *f.* 1.

parviflorum. 5. H. foliis ovatis rugosis scabris oppositis alternisque, spicis conjugatis. *Dill. eltb. t.* 146. *f.* 175.

europaeum. 6. H. foliis ovatis integerrimis tomentosis rugosis, spicis conjugatis. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 207.

supinum. 7. H. foliis ovatis integerrimis tomentosis plicatis, spicis solitariis. *Gouan. fl. monsp. p.* 17. *ic.*

ovalifolium. 8. H. foliis oblongo-ovalibus integris petiolatis, caulibus decumbentibus. *Forsk. fl. aeg. ar. p.* 38.

baccifcrum. 9. H. foliis oblongis hispidis margine reflexis, caule frutescente prostrato. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 38.

inundatum. 10. H. foliis oblongis obtusis hirsutis, spicis quaternis erectis, caule frutescente. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 40.

scabrum. 11. H. foliis lanceolatis strigosis, caule ramoso diffuso, floribus congestis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 2. *p.* 8.

marifolium. 12. H. foliis lanceolatis hispidis, caulibus procumbentibus fruticulosis, spicis simplicibus alternis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 8.

fruticosum. 13. H. foliis lineari-lanceolatis pilosis, spicis solitariis sessilibus. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 132. *f.* 4.

curassavicum. 14. H. foliis lanceolato-linearibus glabris aveniis, spicis conjugatis. *Mant. p.* 333. *Burm. fl. ind. t.* 16. *f.* 2.

15. H.

orientale. 15. H. foliis linearibus glabris aveniis, floribus ſparſis lateralibus.

gnaphalodes. 16. H. foliis linearibus obtuſis tomentoſis, pedunculis dichotomis, ſpicarum floribus quaternis, caule fruteſcente. *Jacq. ſtirp. am. pict. t.* 264. *f.* 97. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 28. *f.* 6.

BATSCHIA. *Cor.* hypocrateriformis: tubo baſi lanoſo. *Stigma* capitatum. *Nuces?* 4 imperforatae, ſubovatae, arcuatae, acuminatae.

carolinienſis. 1. BATSCHIA. *Walt. flor. Carol. p.* 91.

180. MYOSOTIS. *Cor.* hypocrateriformis, 5fida, emarginata: fauce clauſa, ſquamulis fornicatis. *Nuces* 4 imperforatae.

paluſtris. 1. M. ſeminibus laevibus calicibus obovalibus obtuſis glabris, corollae tubum aequantibus, foliis lanceolatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* H. 1.

arvenſis. 2. M. ſeminibus laevibus calicibus ovalibus acuminatis hirſutiſſimis tubo corollae longioribus, foliis ovato-lanceolatis. *Flor. dan. t.* 58.

fruticoſa. 3. M. ſeminibus laevibus, caule fruticoſo laevi. *Mant. p.* 201.

apula. 4. M. ſeminibus nudis, foliis hiſpidis, racemis folioſis. *Pluckn. phyt.* 16. *f.* 5.

Terglovienſis. 13. M. foliis integerrimis planis hiſpidis ovatis ſpatulatisque. *Hacq. pl. alp. Carn. t.* 2. *f.* 6.

ſpatulata. 5. M. ſeminibus laevibus, foliis ſpatulatis hiſpidis, pedunculis axillaribus ſolitariis uniflоris. *Forſt. fl. auſtr. p.* 12.

rupeſtris. 6. M. ſeminibus laevibus, foliis oblongo linearibus piloſis ciliatis, racemis terminalibus ante floreſcentiam revolutis breviſſimis. *Pallas it.* 3. *p.* 716. *t.* E. *f.* 3.

virginiana. 7. M. ſeminibus aculeis glochidibus, foliis ovato-oblongis, ramis divaricatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *t.* 30. *f.* 9.

Lappula. 8. M. ſeminibus aculeis glochidibus, foliis lanceolatis piloſis. *Flor. dan. t.* 692. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 68. *f.* 1.

9. M.

squarrosa. 9. M. seminum angulis setoso uncinatis, foliis lanceolatis pilosis apice callosis. *Retz. obs. bot.* 2. *p.* 9. *Pall. it.* 3. *p.* 717? *t.* I i. *f.* 1. A.

nana. 10. M. seminum marginibus serratis conjunctis, foliis lanceolatis tomentosis. *Vill. pl. delph.* 2. *p.* 459.

pectinata. 11. M. seminibus supra pectine spinarum setaceārum coronatis, foliis ovato lanceolatis pilosis, racemis terminalibus. *Pallas it* 3. *p.* 717. *t.* E. *f.* 4.

echinophora. 12. M. seminibus oblongis: disci margine exterius spinis setaceis cincto, apice uncinulis radiato, foliis linearibus subtus margineque pilosis. *Pallas it.* 3. *p.* 717. *t.* I i. *f.* 1. A.

181. LITHOSPERMUM. *Cor.* infundibuliformis: tubo longo gracili fauce perforata nuda. *Cal.* 5partitus. *Nuces* 4 lapideae, imperforatae.

officinale. 1. L. seminibus laevibus, corollis vix calicem superantibus, foliis lanceolatis. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 5. *t.* 67. *f.* 8. *Regn. bot. t.* 350.

arvense. 2. L. seminibus rugosis, corollis vix calicem superantibus. *Flor. dan. t.* 456.

virginicum. 3. L. foliis subovalibus nervosis, corollis acuminatis. *Morif. hist. pl.* 3. *t.* 28. *f.* 3.

orientale. 4. L. ramis floriferis lateralibus bracteis cordatis amplexicaulibus. *Murray comm. Goett.* 1776. *t.* 2.

purpurocaeruleum. 5. L. seminibus laevibus, corollis calicem multoties superantibus. *Jacq. fl. austr. t.* 14.

fruticosum. 6. L. fruticosum, foliis linearibus hispidis, staminibus corollam aequantibus. *Barr. ic.* 1168.

tenuiflorum. 7. L. foliis lineari-lanceolatis strigosis, corollis filiformibus. *Suppl. p.* 130.

dispermum. 8. L. seminibus duobus, calicibus patentibus. *Linn. dec.* 1. *t.* 7.

9. L.

retortum. 9. L. semine unico, calicibus pilosissimis secundis: fructiferis pendulis. *Pall. it.* 3. *p.* 718. *t.* 11. *f.* 2. B.

digynum. 10. L. foliis ovatis margine reflexis, seminibus villosis. *Forsk. fl. aeg. ar. p.* 40.

angustifolium. 11. L. seminibus laevibus, corollis calice triplo longioribus, caule diffuso, foliis lanceolatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 39.

ciliatum. 12. L. foliis ovato-lanceolatis tomentosis aculeato-ciliatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 39.

heliotropioides. 13. L. caule procumbente, foliis petiolatis ovalibus subrepandis, spicis terminalibus lateralibusque. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 39.

hispidum. 14. L. caule procumbente, foliis lanceolatis sessilibus undato-dentatis, spicis terminalibus secundis. *Forsk. fl. aeg. ar. p.* 38.

incanum. 15. L. seminibus asperis, spicis terminalibus compositis coarctatis, foliis linearibus villosis. *Forst. fl. austr. p.* 12.

182. ANCHUSA. *Cor.* infundibuliformis: fauce clausa squamulis fornicatis. *Nuces* 4 uniloculares, basi perforatae.

officinalis. 1. A. foliis lanceolatis, spicis imbricatis secundis. *Flor. dan. t.* 572.

paniculata. 2. A. foliis lanceolatis strigosis integerrimis, panicula dichotoma divaricata. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 177.

angustifolia. 3. A. racemis subnudis conjugatis. *Morif. hist. pl.* 3. *t.* 26. *f.* 4.

italica. 4. A. foliis lanceolatis undulatis: summis acuminatis: squamulis faucis penicilliformibus. *Trew pl. rar. dec.* 2. *t.* 28.

undulata. 5. A. strigosa, foliis lanceolatis dentatis, pedicellis bracteam minoribus, calicibus fructiferis inflatis. *Bocc. mus. t.* 77.

tinctoria. 6. A. tomentosa, foliis lanceolatis obtusis, staminibus corolla brevioribus. *Regn. bot. t.* 34.

Barrelieri. 16. A. foliis ovato-lanceolatis, caule erecto, floribus axillaribus secundis racemosis. *Barrel. ic.* 333.

virginica. 7. A. floribus sparsis, caule glabro. *Morif. hist. plant.* 3. *t.* 28. *f.* 4.

8. A.

lanata. 8. A. foliis villoſis, calicibus hirſutis, ſtaminibus corolla longioribus.

ſempervirens. 9. A. pedunculis diphyllis capitatis, foliis ovatis acutis: floralibus ſerrato-undulatis. *Sabb. h. rom. 2. t. 23. Gaertn. de fr. et ſem. cent. 5. t. 67. f. 2.*

tuberculata. 10. A. nucibus tuberculatis. *Forsk. fl. aeg. ar. p. 41.*

echinocarpos. 11. A. nucibus muricatis, antheris ſingulis fornice tectis. *Forsk. fl. aeg. arab. p. 41.*

flava. 12. A. nucibus rugoſis, caulibus procumbentibus, pedunculis axillaribus decurrentibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p. 40.*

hiſpida. 13. A. nucibus laevibus pedunculis axillaribus brevibus, caule retrorſum hiſpido, foliis inferioribus petiolatis. *Forsk. fl. aeg. ar. p. 40.*

ſaxatilis. 14. A. foliis oblongo-linearibus utrinque piloſis: floralibus lanceolatis floribus ſecundis ſparſis axillaribus ſubſeſſilibus. *Pall. it. 3. p. 718. t. F. f. 1.*

amoena. 15. A. foliis undulatis, nucibus triquetris. *Moriſ. hiſt. pl. 3. t. 28. f. 2. Gaertn. de fr. et ſem. cent. 5. t. 67. f. 2.*

183. CYNOGLOSSUM. *Cor.* (plurimis) infundibuliformis: fauce clauſa ſquamis fornicatis. *Nuces* 4 depreſſae interiore tantum latere ſtilo affixa, imperforatae.

officinale. 1. C. ſtaminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis tomentoſis ſeſſilibus. *Blackw. herb. t. 249.*

lanceolatum. 2. C. ſtaminibus corolla brevioribus, foliis lanceolatis baſi attenuatis pubeſcentibus ſcabris. *Forsk. fl. aeg. arab. p. 41.*

ſilvaticum. 3. C. ſtaminibus corolla brevioribus, foliis lanceolatis aſperis planis ſubſeſſilibus remotis. *Col. ecphr. p. 174. ic.*

creticum. 4. C. ſtaminibus corolla ſtriata brevioribus, foliis incanis obtuſis obliquis. *Vill. pl. Delph. 2. p. 457. n. 3.*

Dioſcoridis. 5. C. ſtaminibus corolla brevioribus, foliis oblongis aveniis hiſpidis. *Vill. pl. Delph. 2. p. 457. n. 2.*

6. C.

virginicum. 6. C. foliis ſpatulato-lanceolatis lucidis, baſi trinerviis, bracteis pedunculorum amplexicauli. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 30. *f.* 9.

cheirifolium. 7. C. corollis calice duplo longioribus patentiſſimis, foliis lanceolatis incano-villoſis.

apenninum. 8. C. ſtaminibus corollam aequantibus. *Sabb. h. rom.* 2. *t.* 36. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 67. *f.* 4.

laevigatum. 9. C. foliis lanceolato-ovatis glabriuſculis, calycibus tomentoſis, ſeminibus laevibus. *Pallas it.* 1. *t.* 1. *f.* 1. 2. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 67. *f.* 4.

luſitanicum. 10. C. foliis lineari-lanceolatis glabris.

linifolium. 11. C. foliis lineari-lanceolatis ſcabris. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 30. *f.* 11. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 67. *f.* 4.

japonicum. 12. C. foliis oblongis villoſis, caulibus proſtratis. *Thunb. fl. jap. p.* 81.

omphalodes. 13. C. repens, foliis radicalibus cordatis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* C. 7.

ſcorpioides. 14. C. caule proſtrato, foliis lanceolatis ſcabris, pedunculis axillaribus unifloris, ſeminibus umbilicatis glabris. *Haënn. ap. Jacq. collect.* 2. *p.* 3.

pictum. 15. C. corollis calici ſubaequalibus: laciniis ſubrotundo-dilatatis, foliis tomentoſis lanceolatis: ſuperioribus baſi cordatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 179.

184. PULMONARIA. *Cor.* infundibuliformis: fauce pervia. *Cal.* priſmatico 5gonus.

* *calice tubum corollae aequante.*

anguſtifolia. 1. P. foliis radicalibus lanceolatis. *Flor. dan. t.* 483.

officinalis. 2. P. foliis radicalibus ovato-cordatis ſcabris. *Flor. dan. t.* 482.

ſuffruticoſa. 3. P. foliis linearibus ſcabris, calicibus ſubulatis quinquepartitis. *Pluckn. phyt.* 42. *f.* 7.

** *calicibus tubo corollae dimidio brevioribus.*

virginica. 4. P. foliis lanceolatis obtuſiuſculis. *Trew Ehret.* 11. *t.* 12.

5. P.

sibirica. 5. P. foliis radicalibus cordatis. *Gmel. fl. sib.* 4. *t.* 39.

maritima. 6. P. foliis ovatis, caule ramoso procumbente. *Flor. dan. t.* 25.

ARNEBIA. *Coroll.* patula: fauce pervia. *Antherae* 2 reliquis breviores. *Stigma* 4fidum. *Semina* glabra.

tinctoria. 1. ARNEBIA. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 62. *an distincti generis?*

185. SYMPHYTUM. *Corolla* infundibuliformis, superne ventricosa, fauce clausa radiis fistulosis extus sub limbo foramine hiantibus. *Nuculae* 4 perforatae.

officinale. 1. S. foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. *Flor. dan. t.* 664. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 5. *t.* 67. *f.* 5.

tuberosum. 2. S. foliis semidecurrentibus: summis oppositis. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 225.

secundum. 3. S. foliis semiamplexicaulibus lanceolatis lanatis, floribus racemosis. *S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 363. *t.* 36. *f.* 2.

regium. 4. S. foliis lanceolatis sessilibus lanatis, floribus comosis. *S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 363. *t.* 36. *f.* 1.

orientale. 5. S. foliis ovatis subpetiolatis. *Buxb. cent.* 5. *t.* 68.

186. CERINTHE. *Corolla* cylindrico-campanulata, 5dentata: fauce pervia. *Nuces* 2 2loculares, basi clausae.

major. 1. C. foliis amplexicaulibus, corollis obtusiusculis patulis. *Sabb. h. rom.* 1. *t.* 12. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 5. *t.* 67. *f.* 1.

minor. 2. C. foliis amplexicaulibus, corollis acutis clausis. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 124.

187.

187. ONOSMA. *Cor.* infundibuliformis superne ventricosa: fauce pervia. *Nuces* 4 lapideae, nitidissimae, imperforatae.

simplicissimum. 1. O. foliis confertis lanceolato-linearibus pilosis. *Gmelin fl. sib.* 4. *t.* 40. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 5. *t.* 67. *f.* 6.

orientale. 2. O. foliis lanceolatis hispidis, fructibus pendulis.

echioides. 3. O. foliis lanceolatis hispidis, fructibus erectis. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 295.

micranthon. 4. O. foliis ovato-lanceolatis subtus pilosis, paniculis rariori-bus subdichotomis. *Pall. it.* 2. *p.* 734. *t.* L.

188. BORAGO. *Cor.* rotata: fauce radiis clausa, *Nuces* 4 clausae.

officinalis. 1. B. foliis omnibus alternis, calicibus patentibus. *Knorr del. hort.* 1. *t.* B. 1.

verrucosa. 2. B. foliis verrucosis: verrucarum setis rigidis pungentibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 41. *an vere distincta?*

indica. 3. B. foliis ramificationum oppositis amplexicaulibus pedunculis unifloris. *Pluckn. alm. t.* 76. *f.* 3.

africana. 4. B. foliis oppositis petiolatis ovatis, pedunculis multifloris. *Isnard. act. Paris.* 1718. *t.* 11. *an cum praecedente distincti generis?*

zeylanica. 5. B. foliis rameis alternis sessilibus, pedunculis unifloris inauritis. *Mant. p.* 202. *Burm. ind. t.* 14. *f.* 2.

barbata. 41. C. capsulis quinquelocularibus, caule simplicissimo subunifolio, foliis lanceolatis, corollis barbatis. *Allion. pedem. t. 6. f. 2.*

alpestris. 42. C. foliis obovatis ciliato-scabris radicalibus, caule nudo unifloro, radice repente. *Allion. pedem. p. 36. t. 6. f. 3.*

valdensis. 83. C. hirsuta, foliis elliptico-lanceolatis subdenticulatis, caule unifloro. *Allion. flor. pedem. t. 6. f. 1.*

spicata. 43. C. hispida, spica laxa: floribus alternis, foliis linearibus integerrimis. *Pluckn. alm. t. 153. f. 3.*

alpina. 44. C. caule simplici, pedunculis unifloris axillaribus diphyllis. *Jacq. fl. austr. 2. t. 118. β)* Campanula caespitosa. *Scop. flor. carn. 2. t. 4.*

mollis. 45. C. capsulis quinquelocularibus pedunculatis, caule prostrato, foliis suborbiculatis. *Barr. pl. rar. ic. 759.*

saxatilis. 46. C. capsulis quinquecarinatis, floribus alternis nutantibus, foliis obovatis crenatis. *Barr. pl. rar. ic. t. 813.*

sibirica. 47. C. capsulis trilocularibus, caule paniculato. *Jacq. fl. austr. 2. t. 200.*

tridentata. 48. C. capsula quinqueloculari, caule unifloro, foliis radicalibus tridentatis. *Mant. p. 44. Schreb. rar. pl. dec. 3. t. 2.*

laciniata. 49. C. capsulis pedunculatis, foliis serratis: radicalibus lyratis; caulinis lanceolatis. *Tournef. it. 1. t. 99.*

stricta. 50. C. foliis hirtis: caulinis lanceolatis serratis, caule simplicissimo, floribus sessilibus.

peregrina. 51. C. foliis ovatis rugosis: petiolis marginato-dilatatis serratisque, caule simplici hispido, corollis patulis. *Mant. p. 204.*

limonifolia. 52. C. ramis patentibus indivisis, foliis radicalibus ellipticis laevibus integerrimis, floribus sessilibus ternis.

capensis. 53. C. foliis lanceolatis dentatis hispidis, pedunculis longissimis, capsulis strigosis. *Commel. h. Amstel. 2. t. 35.*

perfoliata. 54. C. caule simplici, foliis cordatis dentatis amplexicaulibus, floribus sessilibus aggregatis. *Morif. hist. pl. 2. t. 2. f. 23.*

Elatines. 55. C. foliis cordatis dentatis pubescentibus petiolatis, caulibus prostratis, pedunculis capillaribus multifloris.

hederacea. 56. C. foliis cordatis quinquelobis petiolatis glabris, caule laxo. *Flor. dan. t. 330.*

57. C.

erinoides. 57. C. caulibus diffusis, foliis lanceolatis subserratis decurrentibus linea scabra, floribus pedunculatis solitariis. *Mant. p.* 44.

heterophylla. 58. C. foliis subovatis glabris integerrimis, caulibus diffusis. *Tournef. it.* 1. *p.* 243. *ic.*

Erinus. 59. C. caule dichotomo, foliis sessilibus: superioribus oppositis tridentatis. *Column. phytob. t.* 28.

** *capsulis prismaticis.* Prismatocuspi.

interrupta. 60. C. foliis subulatis ciliatis, ramis floriferis superne interrupte aphyllis. *Herit. sert. angl. p.* 2.

pedunculata. 61. C. foliis subulatis subciliatis, paniculis longius pedunculatis. *Herit. sert. angl. p.* 2.

altiflora. 62. C. foliis subulatis subciliatis confertissimis, pedunculo longissimo aphyllo, germinibus tomentosis. *Herit. sert. angl. p.* 2.

crispa. 63. C. foliis linearibus undulatis, caule florifero laxe ramoso, germinibus longissimis. *Herit. sert. angl. p.* 2.

nitida. 64. C. foliis lanceolatis glaberrimis, floribus terminalibus sessilibus, corollis calice duplo longioribus. *Herit. sert. angl. p.* 2. *t.* 3.

fruticosa. 65. C. capsulis columnaribus quinquelocularibus, caule fruticoso, foliis linear-subulatis, pedunculis longissimis.

Speculum. 66. C. caule ramosissimo diffuso, foliis oblongis subcrenatis, floribus solitariis. *Kniph. bot. orig. cent.* 8. *n.* 22.

hybrida. 67. C. caule basi subramoso stricto, foliis oblongis crenatis, calicibus aggregatis corolla longioribus. *Morif. hist. pl. t.* 2. *f.* 22.

pentagonia. 68. C. caule subdiviso ramosissimo, foliis linearibus acuminatis.

*** *incertae tribus.*

gracilis. 69. C. foliis linear-lanceolatis obsolete serratis, caule dichotomo, floribus solitariis terminalibus. *Forst. fl. austr. p.* 15.

procumbens. 70. C. caule dichotomo diffuso, foliis ovatis crenatis obtusis, floribus solitariis erectis. *Suppl. p.* 141.

sessiliflora. 71. C. prostrata, foliis linear-subulatis integris, floribus axillaribus solitariis sessilibus. *Suppl. p.* 139.

72. C.

fasciculata. 72. C. fruticosa erecta, foliis subunidentatis recurvis, floribus glomeratis terminalibus. *Suppl. p.* 139.

adpressa. 73. C. herbacea erecta, foliis lanceolatis dentatis recurvis basi ciliatis, adpressis, panicula decomposita. *Suppl. p.* 140.

paniculata. 74. C. herbacea, caule paniculato: ramis divaricatis, foliis lanceolatis integris, floribus terminalibus solitariis. *Suppl. p.* 139.

verticillata. 75. C. foliis floribusque verticillatis. *Suppl. p.* 141. *Pall. it.* 3. *p.* 719. *t.* G*.

triphylla. 76. C. foliis ternis linearibus, floribus verticillato-ternis. *Thunb. fl. jap. p.* 87.

tetraphylla. 77. C. foliis quaternis oblongis serratis. *Thunb. fl. jap. p.* 87.

glauca. 78. C. foliis sessilibus ovatis serratis subtus glaucis, caule angulato paniculato, pedunculis unifloris. *Thunb. fl. jap. p.* 88.

marginata. 79. C. foliis lanceolatis undulatis serratis marginatis, ramis debilibus, floribus terminalibus solitariis. *Thunb. fl. jap. p.* 89.

fragilis. 80. C. caulibus procumbentibus: ramis secundis multifloris, foliis radicalibus reniformibus. *Cyrill. pl. rar. Neap.* 1. *t.* XI. *f.* 2.

FORGESIA. *Cor.* profunde 5partita intus furfuracea. *Stigma* 2lobum. *Caps.* semiinfera, 2locularis, polysperma, apice 2valvis, stilo coronata.

racemosa. 1. FORGESIA. *Jussieu gen. plant. p.* 164.

219. ROELLA. *Cor.* infundibuliformis. *Filamenta* basi dilatata in squamas concavas persistentes. *Stigma* 2fidum. *Caps.* 1locularis, apice patena infera.

ciliata. 1. R. foliis strictis ciliatis: mucrone recto. *Seb. mus.* 1. *t.* 16. *f.* 5. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 2. *t.* 31. *f.* 3.

reticulata. 2. R. foliis ſtrictis ciliatis: mucrone reflexo. *Pet. muſ.* 21. *f.* 157.

ſquarroſa. 3. R. herbacea diffuſa, foliis ovatis recurvatis dentatis, floribus terminalibus aggregatis. *Suppl. p.* 143.

muſcoſa. 4. R. herbacea diffuſa, foliis ovatis dentatis reflexis, floribus terminalibus ſolitariis. *Suppl. p.* 143.

decurrens. 5. R. herbacea, foliis lanceolatis ciliatis decurrentibus. *Herit. ſert. angl. p.* 4. *t.* 6.

ſpicata. 6. R. fruticoſa erecta, foliis lanceolatis integris ciliatis, floribus terminalibus ſubſpicatis. *Suppl. p.* 143.

220. PHYTEUMA. *Cor.* rotata, 5partita: laciniis linearibus. *Stigma* 2-3-fidum. *Capſ.* infera 2-3-locularis: foramine laterali.

pauciflorum. 1. Ph. capitulo ſubfolioſo, foliis omnibus lanceolatis.

hemiſphaericum. 2. Ph. capitulo hemiſphaerico, bracteis cordato-lanceolatis, foliis lanceolato-linearibus, ſtigmate trifido. *Thal. fl. herr. t.* 3.

comoſum. 3. Ph. faſciculo terminali ſeſſili, foliis dentatis: radicalibus cordatis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 50. *β. γ. δ.* cordifolium, lanceolatum, ellipticifolium. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 517. *t.* 11.

orbiculare. 4. Ph. capitulo ſubrotundo: bracteis lanceolato-linearibus maxime ciliatis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 437.

Charmelii. 5. Ph. capitulo ſubgloboſo, foliis radicalibus cordatis ſubdentatis, caulinis linearibus integerrimis. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 516. *t.* 11.

betonicaefolium. 6. Ph. ſpica oblonga, foliis cordatis oblongis crenatis. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 518. *t.* 12.

ſcorzonerifolium. 7. Ph. ſpica oblonga, foliis omnibus oblongis leviter crenatis: ſupremis linearibus. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 519. *t.* 12.

ſpicatum. 8. Ph. ſpica conica, bracteis linearibus longiſſimis, capſulis bilocularibus. *Flor. dan. t.* 362. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 30. *f.* 6.

9. Ph.

americanum. 9. Ph. floribus axillaribus, foliis lanceolatis.

pinnatum. 10. Ph. floribus sparsis, foliis pinnatis.

1006. LOBELIA. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 1petala, irregularis, dorso superne longitudinaliter divisa. *Antherae* subcoalitae. *Capsula* 2-5-locularis, infera.

* *foliis integerrimis.*

simplex. 1. L. caule erecto, foliis linearibus, pedunculis solitariis. *Mant. p.* 291.

pinifolia. 2. L. fruticosa, foliis linearibus confertis. *Burm. afr. t.* 41. *f.* 2.

Dortmanna. 3. L. foliis linearibus bilocularibus, caule subnudo. *Flor. dan. t.* 39.

Tupa. 4. L. foliis lanceolatis, racemo spicato. *Feuill. per. t.* 29.

Kalmii. 5. L. caule erecto, foliis lanceolato-linearibus obtusiusculis alternis, racemo terminali.

paniculata. 6. L. foliis linearibus, panicula dichotoma. *Burm. afr. t.* 38. *f.* 3.

grandis. 7. L. foliis oblongis glabris, corymbis bracteatis, corollis hispidis. *Suppl. p.* 394.

cornuta. 8. L. foliis ovatis petiolatis, staminibus longissimis.

depressa. 9. L. foliis lanceolatis, caule carnoso prostrato. *Suppl. p.* 395.

anceps. 10. L. foliis lanceolatis decurrentibus subdentatis. *Suppl. p.* 395.

* *foliis incisis.*

† *caule volubili.*

volubilis. 11. L. *Suppl. p.* 396.

†† *caule erecto.*

arborea. 12. L. caule arboreo, foliis petiolatis ovato-oblongis serratis, pedunculis axillaribus solitariis unifloris. *Forst. fl. austr. p.* 58.

acuminata. 13. L. caule suffruticoso, foliis lanceolatis attenuatis serrulatis, racemo terminali multifloro. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 95.

ſtricta. 14. L. caule ſuffruticoſo, foliis inferioribus ovato-lanceolatis glabris, margine denticulato-aculeatis, racemo terminali ſpicato. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 117.

ſurinamenſis. 15. L. caule ſuffruticoſo, foliis oblongis glabris ſerratis, floribus axillaribus pedunculatis.

Phyteuma. 16. L. caule ſubnudo ſpicato, foliis ovato-oblongis crenatis, antheris hirſutis diſtinctis.

Columneae. 17. L. foliis oblongis obtuſis revolutis rugoſiſſimis ſupra lucidis, ſubtus tomentoſo-albis, caule corollisque pulverulentis. *Suppl. p.* 393. *Smith pl. ic. ined.* 1. *t.* 22.

bellidiflora. 18. L. caule paniculato, foliis obovatis crenatis. *Suppl. p.* 396.

bulboſa. 19. L. foliis inferioribus pedatis. *Burm. afr. t.* 38. *f.* 1.

triquetra. 20. L. foliis lanceolatis dentatis, racemo terminali aphyllo. *Mant. p.* 120. *β)* Lobelia comoſa. *Spec. pl. p.* 1323.

longiflora. 21. L. foliis lanceolatis dentatis, pedunculis breviſſimis lateralibus, tubo corollae filiformi longiſſimo. *Mant. p.* 482. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 27.

tomentoſa. 22. L. tomentoſa, foliis linearibus dentatis, pedunculis terminalibus longiſſimis ſubbifloris. *Suppl. p.* 394.

glandulo-ſa. 48. L. ſubpiloſa, foliis oblongis ſubdentatis, floribus axillaribus ſolitariis ſubſeſſilibus: bracteis duabus glandula terminatis. *Walt. flor. carol. p.* 218.

ſecunda. 23. L. glabra, foliis infimis oblongis dentatis: ſuperioribus lanceolatis integris, pedunculis racemoſis ſecundis. *Suppl. p.* 395.

patula. 24. L. herbacea diffuſa virgata glabra, foliis ovatis dentatis, pedunculis lateralibus. *Suppl. p.* 395.

aſſurgens. 25. L. foliis lanceolatis ſerratis inferne dentatis, racemis compoſitis terminalibus.

Cardinalis. 26. L. foliis lato-lanceolatis ſerratis, racemo terminali ſecundo. *Mill. illuſtr. ic.*

laevigata. 27. L. foliis ellipticis ſerratis glabris, capſulis groſſis globoſis, calicibus ſubulatis, corollis glaberrimis. *Suppl. p.* 392.

ferruginea. 28. L. caule villoſo, foliis lanceolatis ſerratis acutis: anaſtomoſibus venarum utrinque tomentoſo-ferrugineis, genitalibus elongatis. *Suppl. p.* 394.

29. L.

debilis. 29. L. foliis lanceolatis ferratis glabris, pedunculis lateralibus folio longioribus. *Suppl. p.* 395.

ſiphyliti-ca. 30. L. foliis ovato-lanceolatis ſubſerratis, calicum ſinubus reflexis. *Mant. p.* 482. *Jungh. pl. offic. ic. t.* 8. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 30. *f.* 9.

inflata. 31. L. foliis ovatis ſubſerratis pedunculo longioribus, capſulis inflatis. *Act. upſ.* 1741. *t.* 1.

Cliffor-tiana. 32. L. foliis cordatis laevibus obſolete dentatis petiolatis, corymbo terminali. *Hort. Cliff. t.* 26.

Cyphia. 33. L. herbacea, foliis digitatis: laciniis linearibus pinnatifidis. *Suppl. p.* 396.

urens. 34. L. caule erectiuſculo, foliis inferioribus ſubrotundis crenatis, ſuperioribus lanceolatis ſerratis, floribus racemoſis. *Mant. p.* 482. *Balliard herb. Franc. t.* 9.

minuta. 35. L. foliis radicalibus ovatis, ſcapis capillaribus. *Mant. p.* 292.

††† *caule proſtrato.*

angulata. 36. L. caule ſimpliciſſimo, foliis ſubrotundis repando-dentatis, pedunculis axillaribus ſolitariis unifloris. *Forſt. fl. auſtr. p.* 58.

Laurentia. 37. L. caule ramoſo, foliis lanceolato-ovalibus crenatis, pedunculis ſolitariis unifloris longiſſimis. *Mich. n. pl. gen. t.* 14.

Erinus. 38. L. caule patulo, foliis lanceolatis ſubdentatis, pedunculis longiſſimis. *Mant. p.* 483. *Herm. par. lugdb. t.* 111.

erinoides. 39. L. caulibus filiformibus, foliis petiolatis oblongis dentatis. *Mant. p.* 291. *Herm. parad. lugdb. t.* 100.

zeylanica. 40. L. foliis ovatis ſerratis acutis: inferioribus obtuſis, pedunculis unifloris, capſulis ſubvilloſis. *Seb. muſ.* 1. *t.* 22. *f.* 12? *β*) Lobelia hirta. *Sp. pl.* 1. *p.* 935.

lutea. 41. L. foliis lanceolatis ſerratis, floribus ſeſſilibus ſubſpicatis. *Mant. p.* 483. *Burm. afr. t.* 39. *f.* 1.

hirſuta. 42. L. foliis ovalibus crenatis lanatis, floribus lateralibus ſolitariis. *Burm. afr. t.* 40. *f.* 2.

coronopi-folia. 43. L. foliis lanceolatis dentatis, pedunculis longiſſimis. *Mant. p.* 483. *Burm. afr. t.* 38. *f.* 1.

comoſa. 44. L. foliis linearibus dentatis, ſpica terminali folioſa.

tenella. 45. L. caulibus filiformibus fruticulosis, foliis ovato-lanceolatis glabris utrinque bidentatis. *Mant. p.* 120. *Herit. sert. angl. p.* 4 *t.* 4. *an distincti generis?*

subulata. 46. L. foliis subulatis petalis linearibus. *Herit. sert. angl. p.* 4. *t.* 5.

pubescens. 47. L. caulicibus angulatis foliisque lanceolatis dentatis hirtis, pedunculis axillaribus unifloris. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 498.

fruticosa. 48. L. fruticosa hirsuta, foliis ovatis dentatis, pedunculis lateralibus longissimis subtrifloris. *Suppl. p.* 395.

221. TRACHELIUM. *Cor.* infundibuliformis, tubo gracili. *Stigma* globosum. *Capsula* 3locularis, infera, basi foraminibus dehiscens.

diffusum. 1. Tr. ramosissimum diffusum, ramis divaricatis. *Suppl. p.* 143.

caeruleum. 2. Tr. ramosum erectum, foliis ovatis serratis planis. *Suppl. p.* 143. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 2 *t.* 31. *f.* 4.

tenuifolium. 3. Tr. erectiusculum, foliis linearibus ciliatis hispidis. *Suppl. p.* 143.

222. SAMOLUS. *Cor.* hypocrateriformis. *Stamina* munita squamulis corollae. *Capsula* 1locularis, infera, apice 5valvis.

Valerandi. 1. Samolus. *Flor. dan. t.* 198. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 2. *t.* 30. *f.* 1.

223. NAUCLEA. *Cor.* tubo filiformi. *Capsula* infera, calice corticata, 2cocca, 2-locularis polysperma.

orientalis. 1. Naucleа. *Rheed. h. malab.* 3. *t.* 33. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 2. *t.* 30. *f.* 8.

224.

224. RONDELETIA. *Cor.* infundibuliformis. *Capſ.* 2locularis, infera, ſaepe polyſperma, ſubrotunda, coronata.

americana. 1. R. foliis ſeſſilibus, panicula dichotoma. *Plum. ic.* 142. *f.* 1.

hirta. 2. R. foliis ellipticis acuminatis hirtis nervoſis ſubtus piloſis rigidis, pedunculis axillaribus tripartitis erectis, ſeminibus ſubſolitariis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 41.

hirſuta. 3. R. foliis ovatis acutis floribusque hirſutis, pedunculis axillaribus trichotomis laxis, ſeminibus ſubſolitariis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 41.

tomentoſa. 4. R. foliis ovatis acuminatis tomentoſis, pedunculis tripartitis axillaribus brevibus, ſeminibus ſubſolitariis. *Swarts n. pl. gen. et ſp. p.* 41.

incana. 5. R. foliis ovato-lanceolatis ſubtus incanis ſcabris, pedunculis axillaribus ſimplicibus trifloris, ſeminibus ſubſolitariis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 41.

umbellulata. 6. R. foliis lanceolato-ovatis ſubhirſutis, pedunculis axillaribus ſolitariis apice trichotomis, floribus confertis, ſeminibus ſubſolitariis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 41.

thyrſoidea. 7. R. foliis oblongis membranaceis ſubtus pubeſcentibus, thyrſis lateralibus, ſeminibus ſubſolitariis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 41.

aſiatica. 8. R. foliis petiolatis oblongis acutis. *Rheed. h. malab.* 2. *t.* 23.

piloſa. 9. R. foliis petiolatis ovatis utrinque piloſis, pedunculis axillaribus, foliis brevioribus trifidis, floribus tetrandris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 41.

biflora. 10. R. foliis petiolatis ovatis hirſutis, pedunculis bifloris, caule filiformi repente. *Fr. Rottb. act. litt. un. Havn.* 1. *p.* 276. *t.* 2. *f.* 2.

obovata. 11. R. foliis petiolatis ſubovatis obtuſis. *Jacq. ſtirp. am. pict. t.* 61.

virgata. 12. R. foliis petiolatis cordatis ſubrotundis, ramis lateralibus filiformibus patentibus floriferis apice trifidis, floribus confertis tetrandris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 41.

diſperma. 13. R. foliis petiolatis ovalibus obtuſis. *Jacq. ſtirp. amer. ed.* 2. *t.* 259. *f.* 18.

trifoliata. 14. R. foliis ternis. *Jacq. ſtirp. am. pict. t.* 62.

225. MACROCNEMUM. *Cor.* campanulata. *Capſ.* infera, 2locularis. *Sem.* imbricata.

jamaicenſe. 1. MACROCNEMUM.

226. BELLONIA. *Cor.* rotata. *Capſ.* 1locularis, infera, polyſperma, calice roſtrata.

aſpera. 1. B. foliis ovatis ſerratis, floribus corymboſis terminalibus. *Plum. ic.* 47.

ſpinoſa. 2. B. ſpinoſa, foliis ovato-angulatis dentato-ſerratis, pedunculis axillaribus unifloris. *Swarts n. pl. gen. et ſp. p.* 42.

227. PORTLANDIA. *Cor.* clavato-infundibuliformis. *Antherae* 4-6-longitudinales. *Capſ.* 5gona, 2valvis retuſa, 2locularis, polyſperma, coronata calice 5phyllo.

tetrandra. 1. P. floribus tetrandris, ſtipulis latis, foliis oblongis obtuſis. *Suppl. p.* 143.

grandiflora. 2. P. floribus pentandris, foliis ovatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 64.

coccinea. 3. P. floribus pentandris, foliis ellipticis coriaceis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 42.

hexandra. 4. P. floribus hexandris. *Mant. p.* 45. *Jacq. ſtirp. am. pict. t.* 65.

SWARTSIA. *Cor.* infundibuliformis, maxima. *Cal.* rumpens. *Stam.* inclinata. *Bacca* 4locularis, polyſperma, ſupera.

grandiflora. 1. SWARTSIA. *Swarts nov. act. Stockh.* 1787. 4. *p.* 300. *t.* 11. Solandra.

1294. SCAEVOLA. *Cor.* 1petala: tubo longitudinaliter fisso; limbo 5fido laterali. *Drupa* baccata, infera, 2locularis. *Semina* solitaria.

Lobelia. 1. Scaevola. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 199. *Spec. pl. p.* 1317. Lobelia Plumieri. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 5.

228. CINCHONA. *Cor.* infundibuliformis apice lanata. *Capſ.* infera, 2locularis, 2partibilis. *Semina* bracteata, ſurſum imbricata.

officinalis. 1. C. foliis ellipticis ſubtus pubeſcentibus, floribus paniculatis: corollae limbo lanato. *Suppl. p.* 144. *Commerc. litter. noric.* 1744. *t.* 1. *f.* 3. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 33. *f.* 4.

floribunda. 2. C. foliis ellipticis acuminatis glabris, floribus paniculatis glabris, capſulis turbinatis laevibus. *Davidſon act. angl.* 74. *p.* 2.

brachycarpus. 3. C. foliis ellipticis obtuſis glabris, floribus paniculatis glabris, capſulis ovatis coſtatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 42.

corymbifera. 4. C. foliis oblongo-lanceolatis, corymbis axillaribus. *Suppl. p.* 144.

anguſtifolia. 5. C. foliis lineari-lanceolatis pubeſcentibus, floribus paniculatis glabris, capſulis oblongis pentagonis. *Swarts nov. act. Stockh.* 1787. 2. *p.* 117. *t.* 3.

caribaea. 6. C. pedunculis unifloris, floribus pentandris. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 63. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 33. *f.* 4.

ſpinoſa. 7. C. pedunculis unifloris, floribus tetrandris. *Vavaſſeur journ. de phyſ.* 1790. *Oct. p.* 243. *t.* 2.

montana. 8. C. foliis ovatis utrinque glabris, ſtipulis baſi connato-vaginantibus, corymbo terminali, corollis glabris. *Badier. journ. de phyſ.* 1789. *Febr. p.* 129. *t.* 1.

KYRTANTHUS. *Cor.* tubo longissimo recurvo: ore pilis cincto. *Bacca* ovata, infera, 1locularis. *Sem.* angulata, circiter 12.

longiflorus. 1. KYRTANTHUS. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 133. *t.* 51.

WILLDENOVIA. *Cor.* hypocrateriformis, coriacea: tubi ore annulo crenulato. *Bacca* infera, 2locularis, polysperma.

Schreberi. 1. WILLDENOVIA. *Schreb. gen. pl. Linn.* 1. *p.* 122.

BERTIERA. *Cor.* tubo brevi: ore villoso. *Bacca* globosa, infera, 2locularis polysperma.

gujanensis. 1. BERTIERA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 180. *t.* 69.

229. PSYCHOTRIA. *Cal.* 5dentatus, coronans. *Cor.* tubulosa. *Bacca* infera per maturitatem exsucca, coriacea, 2partibilis, 2locularis. *Semina* solitaria, sulcata.

* *caule arboreo.*

specioſa. 1. Ps. foliis oblongo-lanceolatis, involucro terminali subtrifloro. *Forst. fl. austr. p.* 16. *n.* 89.

** *caule fruticoso.*

corymbosa. 2. Ps. foliis ovato-lanceolatis consistentibus nitidis, stipulis geminis erectis, pedunculis coloratis, floribus erectis cylindricis corymbosis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 44.

pedunculata. 3. Ps. foliis ovato-lanceolatis rugosis, stipulis bidentatis, floribus cymosis, pedunculis elongatis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 44.

4. Ps.

pubescens. 4. Ps. foliis ovato-lanceolatis pubescentibus, stipulis geminis subulatis, paniculis erectis, corollis cylindricis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 44.

laurifolia. 5. Ps. foliis ovato-lanceolatis crassiusculis glabris, stipulis ovatis, acuminatis deciduis, paniculis erectis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 43.

hirsuta. 6. Ps. foliis ovato-lanceolatis hirsutis, stipulis lanceolatis integris deciduis, caule hirsutissimo, panicula patente. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 42.

nutans. 7. Ps. foliis lanceolatis acutis nervosis, stipulis geminis subulatis, floribus cymosis, baccis nutantibus. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 43.

marginata. 8. Ps. foliis lanceolato-ovatis, margine cartilagineo-setosis stipulis integris acuminatis, paniculis laxis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 43.

foetens. 9. Ps. foliis lanceolato-ovatis glabris, stipulis acuminatis integris deciduis, panicula patentissima, pedunculis reflexis filiformibus. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 43.

asiatica. 10. Ps. foliis lanceolato-ovatis, stipulis emarginatis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 260. *f.* 19. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 6.

Myrstiphyllum. 11. Ps. exstipulata, foliis lanceolato-ovatis integris nitidis rigidis, ramis secundis, floribus paniculatis. *Sloan. hist. jam.* 2. *t.* 209. *f.* 2.

horizontalis. 12. Ps. foliis lanceolato-ovatis acutis ramisque horizontalibus, stipulis ovatis, ramis paniculatis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 44.

crocea. 13. Ps. foliis ovatis nervosis, stipulis geminis subulatis, panicula erecta terminali crocea, pedunculis coloratis. *Brown jam. p.* 160. *t.* 13. *f.* 2. 1.

nervosa. 14. Ps. foliis ovatis acuminatis nervosis subundulatis, stipulis ovatis emarginatis deciduis, paniculis erectis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 43. *an distincta satis ab asiatica?*

glabrata. 15. Ps. foliis ovatis glaberrimis nitidis, stipulis indivisis deciduis, floribus paniculatis erectis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 43.

citrifolia. 16. Ps. foliis ellipticis acuminatis glaberrimis subcoriaceis, stipulis ovatis persistentibus, panicula foliis breviore, baccis oblongis costatis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 43.

17. Ps.

parasitica. 17. Ps. foliis ellipticis coriaceo-subsucculentis, stipulis amplexicaulibus integris, cymis pedunculatis trichotomis, foliorum longitudine. *Jacq. stirp. amer. t.* 51. *f.* 1.

tenuifolia. 18. Ps. foliis oblongis acutis tenuioribus glabris, stipulis ovatis deciduis apice bifidis, paniculis erectis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 43.

alpina. 19. Ps. foliis membranaceis multinerviis, stipulis truncatis bidentatis, panicula erecta, corollis cylindricis elongatis diaphanis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 44.

brachiata. 20. Ps. stipulis ovatis bifidis, racemis brachiatis, floribus terminalibus aggregatis sessilibus. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 45.

Pavetta. 21. Ps. stipulis subulatis deciduis, ramis paniculae brachiatis trichotomis, corollis tubo longiori: laciniis patentibus. *Sloan. hist. jam.* 2. *t.* 189. *f.* 4.

grandis. 22. Ps. caule angulato suffrutescente, foliis cuneiformibus obovatis, stipulis triangularibus revolutis apice convolutis subulatis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 43.

*** *caule herbaceo.*

uliginosa. 23. Ps. caule subherbaceo erecto, foliis lanceolato-ovatis, stipulis connatis acutis convexis, seminibus compressis cristatis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 43.

violacea. 24. Ps. repens, ramis radicantibus, foliis cordatis petiolatis, cymis terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 145. *t.* 55.

serpens. 25. Ps. caule subherbaceo repente, foliis ovatis utrinque acutis. *Mant. p.* 204.

herbacea. 26. Ps. caule repente, foliis cordatis petiolatis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 67.

emetisca. 27. Ps. procumbens, foliis lanceolatis glabris, stipulis extrafoliaceis subulatis, capitulis axillaribus pedunculatis pauciforis. *Suppl. p.* 144. *an ex hac ipecacuanha?*

230. COFFEA. *Cor.* infundibuliformis. *Stamina* supra tubum. *Bacca* infera, 1-2locularis. *Sem.* arillata, solitaria, rima ad alterum latus excisa.

arabica. 1. C. foliis oblongo-ovatis, floribus quinquefidis, baccis dispermis. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 3. *Regn. bot. t.* 303.

occidentalis. 2. C. foliis oblongo-ovatis, floribus quadrifidis, baccis monospermis. *Jacq. stirp. am. pict. t.* 68.

odorata. 3. C. foliis ovatis acutis, cymis corymbosis axillaribus. *Forst. fl. austr. p.* 16.

opulina. 4. C. foliis ovato-lanceolatis, cymis coarctatis globosis terminalibus. *Forst. fl. austr. p.* 16.

triflora. 5. C. foliis ovato lanceolatis acuminatis, pedunculis terminalibus ternis unifloris. *Forst. fl. austr. p.* 16.

gujanensis. 6. C. foliis ovato-oblongis acutis, floribus quadrifidis fasciculatis sessilibus axillaribus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 150. *t.* 57.

paniculata. 7. C. foliis ovato-oblongis acutis, floribus quadrifidis paniculatis terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 152. *t.* 58.

sambucina. 8. C. foliis oblongo-lanceolatis acutis, cymis corymbosis terminalibus. *Forst. fl. austr. p.* 16.

RONABEA. *Cor.* 5fida: tubo longo ad faucem ventricoso. *Antherae* intra faucem reconditae. *Stigma* 2lamellatum. *Bacca* 1locularis, 2pyrena: ossiculis 1spermis.

latifolia. 1. RONABEA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 154. *t.* 59. *β)* Ronabea erecta. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 156.

231. CHIOCOCCA. *Cor.* infundibuliformis, regularis. *Bacca* compressa 2locularis, infera. *Sem.* solitaria, pendula.

paniculata. 1. Ch. erecta, foliis ovatis, floribus terminalibus paniculatis, dentibus stipularibus binis. *Suppl. p.* 145.

barbata. 2. Ch. erecta, foliis ovatis, pedunculis axillaribus unifloris, corollis fauce barbatis. *Forst. fl. austr. p.* 16.

racemosa. 3. Ch. scandens, foliis lato-lanceolatis, floribus lateralibus paniculato-racemosis, dente stipulari unica. *Suppl p.* 145. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 69. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 2. *t.* 26. *f.* 3.

232. HAMELLIA. *Cor.* 4fida. *Bacca* 5locularis, infera, polysperma.

patens. 1. H. racemis terminalibus coloratis, foliis ternatis villoso-pubescentibus. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 72.

ventricosa. 2. H. racemis terminalibus axillaribusque, corollis campanulatis ventricosis, foliis ternatis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 46. *Herit. sert. angl. t.* 7?

chrysantha. 3. H. racemis terminalibus, foliis lanceolatis integerrimis glaberrimis, floribus pedicellatis. *Brown. jam. t.* 14. *f.* 1.

grandiflora. 4. H. floribus terminalibus pedunculatis, foliis lanceolatis integerrimis petiolatis. *Herit. sert. angl. t.* 7.

axillaris. 5. H. subherbacea, racemis axillaribus, floribus subsecundis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 46.

PATIMA. *Cal.* subquinquesinuatus. *Cor.* - - *Bacca* subrotunda 4-6locularis, polysperma.

gujanensis. 1. Patima. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 197. *t.* 77.

VAN-

VANGUERIA. *Cal.* 5dentatus, patens. *Cor.* campanulato-globosa 5fida intus hirta. *Antherae* vix exsertae. *Bacca* umbilicata, 5locularis, 5sperma.

madagascarienſis. 1. VANGUERIA. *Juſſieu gen. plant. p.* 206.

SABICEA. *Involucr.* 5fidum. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* 5partitum. *Bacca* 5locularis, polyſperma.

hirta. 1. S. foliis ovato-lanceolatis acutis hirſutis, floribus pedunculatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 46.

cinerea. 2. S. foliis ellipticis acutis tomentoſis ſubtus incanis, floribus ſubſeſſilibus. *Aublet pl. guj. p.* 192. *t.* 75.

aſpera. 3. S. foliis ovatis acutis aſperis, ſubtus villoſis, caule volubili. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 194. *t.* 76.

ORIBASIA. *Cor.* 1petala, tubuloſa. *Bacca* infera, globoſa, 10ſulcata, 5locularis: loculis 1ſpermis.

officinalis. 1. O. calicibus involucratis: involucro trifido, foliis ovatis acuminatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 183. *t.* 70. *f.* 1.

racemoſa. 2. O. calicibus involucratis: involucro tetraphyllo, foliis ovatis acuminatis petiolatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 186. *t.* 72.

violacea. 3. O. calicibus involucratis: involucro tetraphyllo, foliis amplis ovatis ſubſeſſilibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 188. *t.* 73.

lutea. 4. O. calicibus nudis corollae tubo longiſſimo, floribus racemoſis, foliis ovatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 190. *t.* 74.

paniculata. 5. O. calicibus nudis floribus paniculatis: intermedio ſeſſili. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 184. *t.* 70. *f.* 2.

longiflora. 6. O. calicibus nudis, corollae tubo longo, foliis lanceolatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 185. *t.* 71.

STE-

STEPHANIUM. *Cor.* infundibuliformis: tubo incurvo superne ventricoso. *Pericarp.* 2loculare, 2spermum.

gujanense. 1. STEPHANIUM. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 172. *t.* 66.

233. LONICERA. *Cor.* 1petala, tubulosa, irregularis. *Bacca* polysperma 1-3locularis, infera.

* *caule volubili*, Periclymena.

Caprifolium. 1. L. floribus verticillatis terminalibus ringentibus sessilibus, foliis deciduis: summis connato-perfoliatis. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 357.

sempervirens. 2. L. verticillis aphyllis terminalibus, foliis summis connato-perfoliatis, corollis subaequalibus. *Knorr del. hort.* 1. *t.* G. 4.

media. 3. L. capitulis verticillatis aphyllis terminalibus, corolla brevi; gibbo baseos didymo, foliis summis connato-perfoliatis. *Murray Comment. goett.* 1776. *p.* 28. *t.* 3. *an eadem cum dioicâ?*

dioica. 4. L. verticillis aphyllis terminalibus, foliis deciduis omnibus connato-perfoliatis.

grata. 5. L. floribus verticillatis terminalibus ringentibus, foliis perennibus obovatis, summis connato-subperfoliatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 231.

implexa. 6. L. floribus verticillatis terminalibus ringentibus, foliis perennantibus oblongis: superioribus connato-perfoliatis; summis dilatatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 231.

Periclymenum. 7. L. capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis deciduis omnibus distinctis, corollis ringentibus. *Curt. flor. Lond. t.* 1.

japonica. 8. L. floribus binis terminalibus sessilibus, foliis omnibus distinctis. *Thunb. fl. jap. p.* 89.

** *pedunculis bifloris*, Chamaecerasa.

nigra. 9. L. baccis distinctis, foliis ellipticis integerrimis. *Jacq. fl. austr. t.* 314.

10. L.

tatarica. 10. L. baccis distinctis, foliis cordatis obtusis. *Jacq. pl. rar. ic. t. 46. Pall. flor. ross. t. 36.*

Xylosteum. 11. L. baccis distinctis, foliis integerrimis pubescentibus. *Flor. dan. t. 808. Gaertn. de fr. et sem. cent. 2. t. 27. f. 6.*

pyrenaica. 12. L. baccis distinctis, foliis oblongis glabris. *Du Ham. arbr. 2. t. 110.*

alpigena. 13. L. baccis coadunatis didymis, foliis ovali-lanceolatis. *Jacq. fl. austr. 3. t. 274. Gaertn. de fr. et sem. cent. 2. t. 27 f. 6.*

caucasica. 14. L. baccis coadunato-didymis, foliis ovato-lanceolatis integerrimis. *Pallas flor. ross. 1. p. 57.*

caerulea. 15. L. baccis coadunatis globosis, stilis indivisis. *Jacq. fl. austr. 5. app. t. 17. Pallas fl. ross. t. 37.*

**** pedunculis multifloris, caule erecto.*

Symphoricarpos. 16. L. capitulis lateralibus pedunculatis, foliis petiolatis. *Du Hamel. arb. 2. t. 82.*

bubalina. 17. L. capitulis terminalibus pedunculatis, foliis oblongis integerrimis glabris. *Suppl. p. 146.*

Diervilla. 18. L. racemis terminalibus, foliis serratis. *Du Hamel arb. 1. t. 87.*

mongolica. 19. L. racemis terminalibus compositis laxis umbellatis, foliis serratis. *Gmel. fl. sib. 3. p. 135. t. 25. Pall. flor. ross. t. 38.*

corymbosa. 20. L. corymbis terminalibus, foliis ovatis acutis. *Feuill. peruv. 1. t. 45.*

234. TRIOSTEUM. *Cor.* 1petala, subaequalis. *Cal.* longitudine corollae. *Bacca* 1locularis: 3sperma, infera.

perfoliatum. 1. Tr. floribus verticillatis sessilibus. *Dill. h. Elth. t. 293. f. 378.*

angustifolium. 2. Tr. floribus oppositis pedunculatis. *Pluckn. alm. t. 104. f. 2.*

BAEOBOTRYS. *Cor.* tubulosa: limbo 5fido. *Cal.* duplex; exterior 2phyllus, interior 1phyllus campanulatus. *Bacca* globosa, 1locularis, calici adnata, polysperma.

nemoralis. 1. BAEOBOTRYS. *Forst. char. gen. p.* 11. *t.* 11. *an Maesae jungenda?*

CHIMARRHIS. *Cor.* infundibuliformis: tubo brevissimo. *Capsf.* infera, obtusa, 2locularis, 2sperma, 2valvis: valvis apice 2fidis.

cymosa. 1. CHIMARRHIS. *Jacq. stirp. amer. p.* 61.

CYPHIUM. *Cor.* 5petala supera: petalis linearibus. *Cal.* 5fidus. *Filam.* pilosa. *Stigma* cernuum, gibbum.

capense. 1. CYPHIUM. *Berg. flor. cap. p.* 172.

DENTELLA. *Cor.* tubulosa 5fida: laciniis 3dentatis. *Cal.* 5partitus. *Stigm.* 2. *Capsf.* globosa, infera, 2locularis, polysperma.

repens. 1. DENTELLA. *Forst. char. gen. p.* 13. *t.* 13.

UNCARIA. *Cor.* hypocrateriformis. *Germen* glandula coronatum. *Stigma* 2sulcum. *Pericarp.* 2loculare, polyspermum.

gujanensis. 1. UNCARIA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 177. *t.* 68.

SIMI-

SIMIRA. *Cor.* 1petala, tubulosa, 5fida. *Cal.* turbinatus, 5dentatus. *Stil.* 2partitus. *Bacca* infera, ovata, 2locularis: loculis 1spermis.

tinctoria. 1. SIMIRA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 170. *t.* 65.

MAPURIA. *Cor.* 5fida: tubo brevi. *Cal.* turbinatus 5dentatus. *Stigma* 2lamellatum. *Pericarpium.*

gujanensis. 1. MAPURIA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 175. *t.* 67.

235. MORINDA. *Flores aggregati* 1petali. *Stigma* 2fidum. *Drupae* aggregatae, inferae, angulatae, 4loculares.

umbellata. 1. M. erecta, foliis lanceolato-ovatis, pedunculis confertis. *Rumpf amb.* 3. *t.* 98. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 2. *t.* 29. *f.* 1.

citrifolia. 2. M. arborea, pedunculis solitariis. *Rumpf. amb.* 2. *t.* 99. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 2. *t.* 29. *f.* 1.

muscosa. 4. M. arborea, capitulis terminalibus sessilibus. *Jacq. stirp. amer. ed.* 2. *t.* 66.

Royoc. 3. M. procumbens. *Jacq. h. Vindob.* 1. *t.* 16.

CALLICOCCA. *Flores* aggregati: *involuro* subtetraphyllo, receptaculo paleaceo. *Bacca* 1locularis angulata, 2sperma. *Stil.* 2fidus.

tomentosa. 1. C. caule erecto, foliis petiolatis ovatis, capitulis terminalibus: involucro monophyllo amplo villoso patulo. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 160. *t.* 61.

purpurea. 2. C. caule repente, foliis lanceolatis subtus hirsutis, capitulis terminalibus: involucro pentaphyllo. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 162. *t.* 62. *f.* 3.

alba. 3. C. caule decumbente, foliis ovatis subtus incanis, capitulis terminalibus: involucro pentaphyllo. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 164. *t.* 62. *f.* 4.

glabra. 4. C. caule erecto, foliis ovatis glabris petiolatis, capitulis terminalibus pedunculatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 165. *t.* 63.

gujanenſis. 5. C. caule adſcendente, capitulis terminalibus pedunculatis: involucro tetraphyllo. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 167. *t.* 64. *An Eveae, et Cephaelidis potiſſimum genus cum hoc genere conjungendum?*

CEPHAELIS. *Flores* capitati, involucrati tubuloſi. *Stigma* 2partitum. *Bacca* 2ſperma. *Receptac.* paleaceum.

violacea. 1. C. capitulis globoſis terminalibus, involucro pentaphyllo. *Aublet pl. guj. p.* 157. *t.* 60. Tapogomea violacea.

alata. 2. C. capitulis globoſis terminalibus, involucro diphyllo. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 45.

muſcoſa. 3. C. capitulis ſubrotundis ſubſeſſilibus terminalibus, paleis dentatis. *Jacq. ſtirp. am. p.* 65. *t.* 45.

axillaris. 4. C. capitulis axillaribus ſeſſilibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 45.

CANEPHORA. *Perianth. com.* 3-6florum, ſubquinquefidum. *Cal.* propr. 5-6fidus. *Cor.* campanulata, 5loba. *Antherae* 5-6ſeſſiles. *Stigm.* 2fidum. *Fruct.* 2ſpermus.

madagaſcarienſis. 1. CANEPHORA. *Juſſieu gen. pl. p.* 208.

236. CONOCARPUS. *Flores* (plerisque) aggregati. *Cor.* 5petala aut 0. *Cal.* campanulatus. *Semina* nuda, ſolitaria, infera.

erecta. 1. C. erecta, foliis lanceolatis, floribus apetalis. *Jacq. ſtirp. am. pict. t.* 78.

procumbens. 2. C. procumbens, foliis obovatis, floribus apetalis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 260. *f.* 22.

3. C.

racemosa. 3. C. foliis lanceolato-ovatis obtusiusculis, floribus pentapetalis remotis decandris. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 79.

1005. JASIONE. *Cal. communis* 10phyllus, *proprius* 5dentatus. *Cor.* 5petala, regularis. *Antherae* cohaerentes. *Capsula* infera, 2locularis, polysperma, calice coronata, apice pervia.

montana. 1. J. foliis linearibus integerrimis. *Flor. dan. t.* 319. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 2. *t.* 30. *f.* 5.
β) perennis. *Suppl. p.* 392.

capensis. 2. J. foliis linearibus lanceolatis serratis: serraturis spinosis. *Bergius nov. act. Upsal.* 3. *p.* 187. *t.* 10.

LIGNONIA. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5petala: petalo unico majori emarginato. *Anther.* cohaerentes. *Stigma* 2lobum. *Pericarp.* 2loculare.

monodynama. 1. LIGNONIA. *Scopol. introd. gen.* 1334.

1002. STRUMPFIA. *Cal.* 5dentatus, superus. *Cor.* 5petala. *Antherae* cohaerentes. *Bacca* 1sperma.

maritima. 1. STRUMPFIA. *Sloan. hist. jam.* 2. *t.* 189. *f.* 1. 2.

1004. CORYMBIUM. *Cal.* prismaticus, 2phyllus, 1florus. *Cor.* 1petala, regularis. *Antherae* cohaerentes. *Sem.* 1 infra corollul. lanatum.

scabrum. 1. C. foliis lanceolatis canaliculatis nervosis recurvatis glabris caule brevioribus. *Mant. p.* 120. *Suppl. p.* 392. *Burm. afr. t.* 70. *f.* 1.

glabrum. 2. C. glaberrimum, foliis enſiformibus planis nervoſis. *Suppl. p.* 392. *Pluckn. alm. t.* 272. *f.* 4.

filiforme. 3. C. foliis filiformibus glaberrimis erectis caule brevioribus. *Suppl. p.* 392.

villoſum. 4. C. villoſo-lanatum, foliis caulinis amplexicaulibus ſubulatis rectis planis. *Suppl. p.* 392.

1003. SERIPHIUM. *Cal.* imbricatus. *Cor.* 1petala, regularis. *Antherae* cohaerentes. *Sem.* 1. oblongum, infra corollam.

cinereum. 1. S. floribus verticillato-ſpicatis uniflоris, foliis patentibus. *Mant. p.* 481. *Pluckn. mant. t.* 297. *f.* 1.

plumoſum. 2. S. floribus ſpicatis ſexfloris, foliis granulato-ovatis. *Mant. p.* 481. *Petiv. gaz. t.* 5. *f.* 4.

fuſcum. 3. S. floribus capitatis uniflоris, foliis imbricatis. *Mant. p.* 481. *Petiv. gaz. t.* 5. *f.* 2.

ambiguum. 4. S. floribus ſpicatis trifloris, foliis linearibus. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 543. Artemiſia? ambigua.

1057. AMBROSIA. *Flores* compoſiti, monoici.
♂. *Cal. communis* 1phyllus. *Cor.* 1petala, 3fida, infundibuliformis. *Receptac.* nudum.
♀. *Cal.* 1phyllus, 1florus, integer, ventre 5dentato. *Cor.* o. *Nux* e calice indurato, 1ſperma.

trifida. 1. A. foliis trilobis ſerratis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 1. *f.* 4.

elatior. 2. A. foliis bipinnatifidis, racemis paniculatis terminalibus glabris.

artemiſifolia. 3. A. foliis bipinnatifidis: primoribus ramulorum integerrimis. *Pluckn. alm. t.* 10. *f.* 5.

maritima. 4. A. foliis multifidis, ſpicis ſolitariis piloſis ſubſeſſilibus. *Kniph. bot. orig. cent.* 2. *n.* 3.

5. A.

simplicifolia. 5. A. foliis simplicibus lanceolatis, floribus axillaribus subsolitariis. *Walt. flor. carol. p.* 231.

237. KUHNIA. *Flores* compositi flosculosi. *Sem.* solitaria: pappo plumoso. *Receptac.* nudum.

eupatorioides. 1. K. foliis simplicibus. *Linn. fil. dec.* 21. *t.* 11.

pinnata. 2. K. foliis pinnatis. *Walt. flor. carol. p.* 103.

1058. PARTHENIUM. *Flores* compositi, monoici. *Cal. commun.* 5phyllus.
♂. *Cor.* disci 1petalae. *Antherae* approximatae.
♀. *Cor.* radii 5, singulae 2 masculae, intermedia feminea supera. *Sem.* nudum.

Hysterophorus. 1. P. foliis composito multifidis. *Nilss. act. paris.* 1711. *t.* 13. *f.* 2.

integrifolium. 2. P. foliis ovatis crenatis. *Mill. illustr. ic.*

1329. CLIBADIUM. *Flores* compositi, monoici. *Cal. communis* imbricatus.
♂. *Cor.* disci 5fidae. *Antherae* approximatae.
♀. *Cor.* radii feminei 3-4. *Sem.* Drupa umbilicata.

surinamense. 1. CLIBADIUM. *Mant. p.* 294.

SCHOEPFIA. *Cor.* campanulata: basi 10sulcata; limbo 5fido. *Cal.* turbinato-angulatus 5dentatus. *Stigma* capitatum, 3fidum. *Bacca* 3locularis.

Schreberi, 1. SCHOEPFIA. *Schreb. gen. pl. Linn.* 1. *p.* 129.

238. ERITHALIS. *Cor.* 5partita: laciniis recurvis. *Cal.* urceolatus. *Bacca* infera, 10sperma.

fruticosa. 1. E. corymbis compositis. *Jacq. stirp. am. pict. t.* 260. *f.* 20. *Plum. ic. t.* 249. *f.* 2.

polygama. 2. E. floribus axillaribus: masculis cymosis, hermaphroditis solitariis. *Forst. fl. austr. p.* 17.

inodora. 3. E. fruticosa procumbens. *Jacq. stirp. amer. p.* 72.

239. MENAIS. *Cor.* hypocrateriformis. *Cal.* 3phyllus. *Bacca* 4locularis. *Sem.* solitaria.

topiaria. 1. MENAIS.

241. MUSSAENDA. *Cor.* infundibuliformis. *Stigm.* 2. crassiuscula. *Bacca* 2locularis, oblonga infera. *Sem.* 4fariam disposita.

frondosa. 1. M. panicula foliis coloratis. *Mant. p.* 338. *Burm. zeyl. t.* 76. *an cum spinosa Gardeniae generi inserenda?*

spinosa. 2. M. spinosa, floribus sessilibus aggregatis. *Mant. p.* 45. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 71.

1231. MATTHIOLA. *Cor.* tubulosa, supera, indivisa. *Cal.* integer. *Drupa* nucleo globoso.

scabra. 1. MATTHIOLA. *Plum. ic.* 173. *f.* 2.

242.

242. MIRABILIS. *Cor.* infundibuliformis, ſupera. *Cal.* inferus. *Nectarium* globoſum, germen includens.

dichotoma. 1. M. floribus ſolitariis axillaribus erectis ſeſſilibus. *Mant. cent.* 1. *t.* 1.

Jalapa. 2. M. floribus congeſtis terminalibus erectis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* 3. *Regn. bot. t.* 47.

longiflora. 3. M. floribus congeſtis longiſſimis ſubnutantibus terminalibus, foliis ſubvilloſis. *Act. Stockh.* 1756. *t.* 6. *f.* 1

243. CORIS. *Cor.* 1petala, irregularis. *Cal.* ſpinoſus. *Capſ.* 5valvis ſupera.

monſpelienſis. 1. Coris. *Kniph. bot. orig. cent.* 9. *n.* 27.

GENIOSTOMA. *Cor.* 5partita: fauce barbata. *Cal.* 5fidus, perſiſtens. *Stigma* ſulcatum. *Capſ.?* ſupera, 2locularis, polyſperma.

rupeſtre. Geniostoma. *Forſt. char. gen. p.* 12. *t.* 12.

1229. BROSSAEA. *Cor.* truncata. *Cal.* carnoſus. *Capſ.* 5locularis, polyſperma.

coccinea. 1. Brossaea. *Plum. ic.* 64. *f.* 2.

245. VERBASCUM. *Cor.* rotata, ſubaequalis. *Capſ.* 2locularis, 2valvis, polyſperma.

Thapſus. 1. V. foliis decurrentibus utrinque tomentoſis, caule ſimplici, ſtigmate globoſo. *Flor. dan. t.* 361.

bicolle. 2. V. foliis decurrentibus utrinque tomentoſis, caule ſimplici, ſtigmate didymo. *Schranck baierſch. Flor.* 1. *p.* 465.

thapſoides. 3. V. foliis decurrentibus, caule ramoſo. *An vere diſtinctum a thapſo?*

Boerhavii. 4. V. foliis sublyratis, floribus sessilibus. *Mant. p.* 45. *Till. h. pis. t.* 50?

phlomoides. 5. V. foliis ovatis utrinque tomentosis: inferioribus petiolatis. *Moench. fl. hass. t.* 4.

pulverulentum. 6. V. caule ramoso, calicibus farinosis fasciculatis, corollis luteis. *Vill. pl. delph.* 2. *p.* 490.

Lychnitis. 7. V. foliis cuneiformi-oblongis. *Flor. dan. t.* 586.

Chaixi. 8. V. caule ramoso, foliis nudis cordatis petiolatis basi lyratis. *Vill. pl. delph.* 2. *p.* 491. *t.* 13.

nigrum. 9. V. foliis cordato-oblongis petiolatis. *Zorn pl. med. ic.* 1. *t.* 25.

haemorrhoidale. 10. V. foliis tomentosis ovato-oblongis basi attenuatis obsolete crenulatis, racemis spiciformibus elongatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 236.

ferrugineum. 11. V. foliis subvillosis rugosis: caulinis aequaliter; radicalibus duplicato-crenatis oblongis cordatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 237.

phoeniceum. 12. V. foliis ovatis nudis crenatis radicalibus, caule subnudo racemoso. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 125. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 4. *t.* 55. *f.* 8.

Blattaria. 13. V. foliis amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis solitariis. *Sabb. h. rom.* 2. *t.* 56.

sinuatum. 14. V. foliis radicalibus pinnatifido-repandis tomentosis: caulinis amplexicaulibus nudiusculis, rameis primis oppositis. *Tournef. it.* 1. *p.* 335. *ic.*

Osbeckii. 15. V. foliis incisis nudis caule folioso, pedunculis bifloris, calicibus lanatis. *Tournef. it.* 2. *p.* 83. *ic.*

spinosum. 16. V. caule folioso spinoso frutescente. *Pr. Alp. exot. t.* 36.

Myconi. 17. V. foliis lanatis radicalibus, scapo nudo. *Trew. Ehret. t.* 57.

246. DATURA. *Cor.* infundibuliformis, plicata. *Calix* tubulosus, angulosus, cum corolla deciduus. *Capsula* 4valvis.

* *pericarpiis spinosis.*

ferox. 1. D. pericarpiis erectis ovatis: spinis summis maximis convergentibus. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 2. *f.* 4.

2. D.

ſtramonium. 2. D. pericarpiis erectis ovatis, foliis ovatis glabris. *Flor. dan. t.* 436.

Tatula. 3. D. pericarpiis erectis ovatis, foliis cordatis glabris dentatis.

Metel. 4. D. pericarpiis nutantibus globoſis, foliis cordatis ſubintegris pubeſcentibus. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 87.

** *pericarpiis tuberculatis.*

faſtuoſa. 5. D. pericarpiis nutantibus globoſis, foliis ovatis angulatis. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 243. *f.* 2.

*** *pericarpiis glabris inermibus.*

arborea. 6. D. pericarpiis nutantibus, caule arboreo. *Feuill. per.* 2. *t.* 46.

laevis. 7. D. pericarpiis ovatis erectis, caule herbaceo. *Suppl. p.* 146. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 82.

247. HYOSCYAMUS. *Cor.* infundibuliformis, obtuſa, irregularis. *Stamin.* inclinata. *Capſ.* operculata, 2locularis. *Sem.* plurima, reniformia.

niger. 1. H. foliis amplexicaulibus ſinuatis, floribus ſeſſilibus. *Blackw. herb. t.* 550.

reticulatus. 2. H. foliis caulinis petiolatis cordatis ſinuatis acutis; floralibus integerrimis, corollis ventricoſis. *Camer. hort. t.* 22.

albus. 3. H. foliis petiolatis ſinuatis obtuſis, floribus ſeſſilibus. *Blackw. herb. t.* 111. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 76. *f.* 8.

aureus. 4. H. foliis petiolatis dentatis acutis, floribus pedunculatis, fructibus pendulis. *Bulliard herb. Franc. t.* 20.

muticus. 5. H. foliis petiolatis ovatis acutangulis, calicibus muticis, bracteis indiviſis. *Mant. p.* 45.

Datora. 6. H. foliis petiolatis, ovato-lanceolatis ſubdentatis, floribus ſpicatis ſubſeſſilibus, caule villoſo. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 45.

puſillus. 7. H. foliis lanceolatis dentatis: floralibus inferioribus binis, calicibus ſpinoſis. *Mant. p.* 339. *Pluckn. alm. t.* 37. *f.* 5.

phyſaloides. 8. H. foliis ovatis integerrimis, calicibus inflatis ſubglobоſis. *Amoen. ac.* 7. *t.* 6. *f.* 1.

9. H.

Scopolia. 9. H. foliis ovatis integris, calicibus inflatis campanulatis laevibus. *Mant. p.* 46. 339. *Jacq. obſ. bot.* 1. *t.* 20.

248. NICOTIANA. *Cor.* infundibuliformis: limbo plicato. *Stam.* inclinata. *Capſ.* 2valvis, 2locularis. *Sem.* parva, ſubreniformia.

Tabacum. 1. N. foliis lanceolato-ovatis ſeſſilibus decurrentibus, floribus acutis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* T. 11. *Gaertn. de fr. et ſem. c.* 4. *f.* 55. *f.* 11.

fruticoſa. 2. N. foliis lanceolatis ſubpetiolatis amplexicaulibus, floribus acutis, caule fruteſcente.

ruſtica. 3. N. foliis petiolatis ovatis integerrimis, floribus obtuſis. *Blackw. herb. t.* 437.

paniculata. 4. N. foliis petiolatis cordatis integerrimis, floribus paniculatis obtuſis clavatis. *Feuill. per.* 1. *t.* 10.

urens. 5. N. foliis cordatis crenatis, racemis recurvatis, caule hiſpido pruriginoſo. *Plum. ic.* 211.

glutinoſa. 6. N. foliis petiolatis cordatis integerrimis, floribus racemoſis ſecundis ſubringentibus. *Act. Stockh.* 1753. *t.* 2.

puſilla. 7. N. foliis oblongo-ovalibus radicalibus, floribus racemoſis acutis. *Mill. ic.* 185. *f.* 2.

minima. 8. N. foliis ſeſſilibus ovatis, floribus obtuſis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 129.

JABOROSA. *Cor.* tubuloſa, calice 5fido longior: limbo 5fido. *Filamenta* plana ſummo tubo inſerta. *Stigma* capitatum.

bonarienſis. 1. JABOROSA. *Juſſieu gen. plant. p.* 125.

249. ATROPA. *Cor.* campanulata. *Stam.* diſtantia. *Bacca* globoſa, 2locularis.

Mandragora. 1. A. acaulis, ſcapis unifloris. *Bulliard herb. Franc. t.* 145. 146.

2. A.

Belladonna. 2. A. caule herbaceo, foliis ovatis integris. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 309.

physaloides. 3. A. caule herbaceo, foliis sinuato-angulatis, calicibus clausis acutangulis. *Mant. p.* 339. *Jacq. obs. bot.* 4. *t.* 98. *nonne distincti generis?*

solanacea. 4. A. caule fruticoso, pedunculis solitariis, foliis subovatis. *Mant. p.* 205. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 173. Solanum guineense. *Commel. h. amstel.* 2. *t.* 96.

arborescens. 5. A. caule frutescente, pedunculis confertis, corollis revolutis, foliis oblongis. *Plum. ic.* 46. *f.* 1.

frutescens. 6. A. caule fruticoso, pedunculis confertis, foliis cordato-ovatis obtusis. *Barr. pl. rar. ic.* 1173.

250. PHYSALIS. *Cor.* rotata. *Stam.* conniventia. *Bacca* intra calicem inflatum, 2locularis.

* *perennes.*

somnifera. 1. Ph. caule fruticoso, ramis rectis, floribus confertis.

flexuosa. 2. Ph. caule fruticoso, ramis flexuosis, floribus confertis. *Rheed. h. mal.* 4. *t.* 55.

aristata. 3. Ph. caule fruticoso, ramis pedunculis petiolisque lanuginosis, foliis glabris, calicis denticulis aristatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 244.

arborescens. 4. Ph. caule fruticoso, foliis ovatis pilosis, floribus solitariis: corollis revolutis. *Mill. dict. t.* 206. *f.* 2.

curassavica. 5. Ph. caule fruticoso, foliis ovatis tomentosis. *Pluckn. alm. t.* 111. *f.* 5.

prostrata. 6. Ph. caule procumbente tereti hirsuto ramosissimo, foliis subcarnosis. *Herit. stirp. nov.* 3. *p.* 43. *t.* 22.

viscosa. 7. Ph. foliis geminis repandis obtusis subtomentosis, caule herbaceo superne paniculato. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 136.

pensylvanica. 8. Ph. foliis ovatis subrepandis obtusis nudiusculis, floribus geminis, caule herbaceo.

Alkekengi. 9. Ph. foliis geminis integris acutis, caule herbaceo inferne subramoso. *Knorr del. hort.* 1. *t.* I. 4.

peruviana. 10. Ph. pubescens, foliis ovatis integerrimis.

11. Ph.

sibiricum. 1. A. caule erecto herbaceo, foliis oblongis umbellis terminalibus. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 66.

androsaemifolium. 2. A. caule rectiusculo herbaceo, foliis ovatis utrinque glabris, cymis terminalibus. *Morif. hist. pl.* 3. *t.* 3. *f.* 16.

3. A.

cannabinum. 3. A. caule rectiuſculo herbaceo, foliis oblongis, paniculis terminalibus. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 3. *f.* 14.

venatum. 4. A. caule rectiuſculo herbaceo, foliis ovato-lanceolatis.

filiforme. 5. A. caule proſtrato-herbaceo, foliis filiformibus, floribus umbellatis. *Suppl. p.* 169.

minutum. 6. A. caule proſtrato, foliis haſtatis. *Suppl. p.* 169.

fruteſcens. 7. A. caule erecto fruteſcente, foliis lanceolato-ovatis, corollis acutis, fauce villoſis. *Fl. zeyl. t.* 12. *f.* 1.

reticulatum. 8. A. caule volubili perenni, foliis ovatis venoſis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 40.

lineare. 9. A. caule volubili herbaceo, foliis linearibus planis, umbellis axillaribus compoſitis. *Suppl. p.* 169.

triflorum. 10. A. caule volubili herbaceo, foliis lanceolatis, umbellis axillaribus ſubtrifloris. *Suppl. p.* 169.

Acuſi. 11. A. caule volubili, foliis oblongo-ovatis acuminatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 274. *t.* 107.

umbellatum. 12. A. caule volubili, foliis ovato-acuminatis ſubtus tomentoſis, corymbis terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 275. *t.* 108.

MATELEA. *Cor.* 5fida: tubo breviſſimo. *Cal.* turbinatus, 5partitus. *Antherae* in capitulum 5gonum conjunctae. *Germen* alterum abortiens. *Stigm.* concava. *Folliculus* 5gonus. *Sem.* margine crenata.

paluſtris. 1. Matelea. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 278. *t.* 109. *f.* 1. *β*) Matelea latifolia. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 278. *t.* 109. *f.* 2.

CYNOCTONUM. Contorta. *Folliculi* 2 ventricoſi baſi coadunati. *Cor.* tubuloſa: fauce villis clauſa.

ſeſſilifolium. 1. C. foliis ſeſſilibus. *Walt. flor. carol. p.* 108.

petiolatum. 2. C. foliis petiolatis. *Walt. flor. carol. p.* 108.

306. ASCLEPIAS. Contorta. *Nectaria* 5 ovata, cucullata, corniculum exserentia. *Folliculi* 2.: receptaculo libero.

* *Foliis oppositis planis.*

viminalis. 1. A. caule suffruticoso volubili filiformi, foliis lanceolatis glabris, umbellis lateralibus multifloris. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 53.

asthmatica. 2. A. caule fruticoso volubili hirsuto, foliis petiolatis cordato-ovatis supra glabris integerrimis, umbellis pauciflоris. *Suppl. p.* 170.

volubilis. 3. A. caule arboreo volubili, foliis ovatis integerrimis acuminatis, umbellis erectis. *Suppl. p.* 170.

nivalis. 4. A. caule volubili, corolla tortili: petalis linearibus. *Forsk. fl. aeg. ar. p.* 51. *an hujus generis?*

Daemia. 5. A. caule volubili, foliis cordato-acutis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 51. *an distincta species?*

cordata. 6. A. caule fruticoso ramoso apice volubili, foliis petiolatis cordato-reniformibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 49.

parviflora. 51. A. caule suffruticoso erecto, foliis lanceolatis acuminatis glabris, umbellis lateralibus solitariis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 307.

nigra. 7. A. caule superne subvolubili, foliis ovatis basi barbatis.

glabra. 8. A. caule scandente, foliis ovato-acuminatis glaberrimis, umbellis interfoliaceis albis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 51.

decumbens. 9. A. caule decumbente, foliis villosis.

incarnata. 10. A. caule superne diviso, foliis lanceolatis, umbellis erectis geminis. *Jacq. h. Vindob.* 2. *t.* 107.

nivea. 11. A. caule simplici, foliis ovato-lanceolatis glabriusculis, umbellis erectis lateralibus solitariis. *Dill. h. Elth. t.* 29. *f.* 32.

curassavica. 12. A. caule simplici, foliis lanceolatis glabris nitidis, umbellis erectis solitariis lateralibus. *Dill. h. Elth. t.* 30. *f.* 33.

variegata. 13. A. caule simplici, foliis ovatis rugosis nudis, umbellis subsessilibus, pedicellis tomentosis. *Pluckn. alm. t.* 77. *f.* 1.

14. A.

purpurascens. 14. A. caule simplici, foliis ovatis subtus villosis, umbellis erectis, nectariis resupinatis. *Dill. h. Elth. t.* 28. *f.* 31.

amoena. 15. A. caule simplici, foliis ovatis subtus piloso-fuscis, umbellis nectariisque erectis. *Dill. h. Elth. t.* 27. *f.* 30.

syriaca. 16. A. caule simplicissimo, foliis ovalibus subtus tomentosis, umbellis nutantibus. *Regn. bot. t.* 71.

pubescens. 17. A. caule fruticoso pedunculisque villosis, foliis ovatis venosis nudis. *Mant. p.* 215. *Morif. hist. pl.* 3. *t.* 3. *f.* 35.

spiralis. 18. A. caule fruticoso, foliis petiolatis ovali-oblongis, floribus solitariis axillaribus, petalis linearibus spiralibus introrsum hirsutis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 49.

radians. 19. A. caule erecto, foliis petiolatis cordatis acutis undulatis, umbellis terminalibus, corollae limbo erecto spirali. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 49.

lactifera. 20. A. caule erecto, foliis ovatis, umbellis proliferis brevissimis.

Vincetoxicum. 21. A. caule erecto, foliis ovatis basi barbatis, umbellis proliferis. *Flor. dan. t.* 849.

gigantea. 22. A. foliis amplexicaulibus oblongo-ovatis basi pilosis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 88.

crispa. 23. A. foliis cordato-lanceolatis undulatis scabris, umbella terminali. *Suppl. p.* 170. *Commel. rar. t.* 17.

undulata. 24. A. foliis sessilibus oblongis lanceolatis undulatis glabris, petalis ciliatis. *Commel. rar. t.* 16.

laniflora. 25. A. foliis lineari-lanceolatis, pedunculis axillaribus apice umbellatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 51.

alexica. 26. A. caule volubili, foliis inferioribus cordatis: superioribus ovatis, umbellis sessilibus. *Jacq. coll.* 1. *p.* 101. *Rheed. h. mal.* 9. *t.* 13.

** *foliis lateribus revolutis, oppositis.*

repanda. 27. A. foliis revoluto-repandis pilosis.

citrifolia. 28. A. foliis ovato-lanceolatis petiolatis repando-undulatis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 290. *pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 30.

arborescens. 29. A. foliis ovatis, caule fruticoso subvilloso. *Mant. p.* 216. *Burm. afr. t.* 13. *p.* 3.

fruticosa. 30. A. foliis lineari-lanceolatis, caule fruticoso. *Pluckn. alm. t.* 138. *f.* 2. *β*) Asclepias crassifolia.

sibirica. 31. A. foliis lineari-lanceolatis oppositis ternisque, caule decumbente. *Murray Comm. Goett.* 1779. *t.* 7.

setosa. 32. A. foliis linearibus oppositis, caule erecto, umbellis lateralibus terminalibusque. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 51.

verticillata. 33. A. foliis linearibus verticillatis, caule erecto. *Pluckn. mant. t.* 336. *f.* 4. *β*?) Asclepias quadrifolia. *Jacq. obs. bot.* 2. *t.* 33.

**** foliis alternis.*

rubra. 34. A. foliis ovatis, umbellis ex eodem pedunculo communi pluribus.

tuberosa. 35. A. foliis lanceolatis, caule divaricato piloso. *Dill. h. Elth. t.* 30. *f.* 34.

***** dubiae tribus.*

filiformis. 36. A. foliis filiformibus, caule erecto, umbellis lateralibus elongato-pedunculatis. *Suppl. p.* 169.

grandiflora. 37. A. foliis petiolatis oblongis pilosis, caule simplici hirto erecto, floribus axillaribus pedunculatis. *Suppl. p.* 170.

carnosa. 38. A. foliis ovatis carnosis glaberrimis. *Suppl. p.* 170.

humistrata. 39. A. foliis sessilibus cordatis oppositis, caule prostrato, umbellis axillaribus. *Walt. flor. carol. p.* 105.

cordata. 40. A. foliis cordato-lanceolatis subsessilibus, caule erecto dichotomo, umbellis terminalibus. *Walt. flor. carol. p.* 105.

cinerea. 41. A. caule erecto laevi, foliis sublinearibus umbella terminali. *Walt. flor. carol. p.* 105.

lanceolata. 42. A. foliis linearibus, caule erecto laevi, umbellis terminalibus. *Walt. flor. carol. p.* 105.

perennis. 43. A. foliis lanceolatis glabris oppositis petiolatis, caule suffruticoso, umbellis lateralibus oppositis. *Walt. flor. carol. p.* 107.

polystachya. 44. A. foliis lanceolatis laevibus oppositis petiolatis, caule suffruticoso, umbellis terminalibus lateralibusque. *Walt. flor. carol. p.* 107.

gonocarpos. 45. A. caule volubili, foliis ovato-cordatis oppositis, nectario stellato, folliculis cernuis. *Walt. flor. carol. p.* 104.

acanthocarpos. 46. A. caule volubili, foliis subpilosis, nectario stellato, folliculis cernuis mucronato-spinosis. *Walt. flor. carol. p.* 104.

47. A.

pedicellata. 47. A. caule brevi, umbella pauciflora, nectario ecorni pedicellato. *Walt. flor. carol. p.* 106.

viridis. 48. A. caule erecto, foliis oblongis obtusis laevibus petiolatis oppositis, umbellis terminalibus, nectariis ecornibus. *Walt. flor. carol. p.* 107.

***** *caule aphyllo.*

aphylla. 49. A. caule volubili, corymbis conjugatis globosis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 50.

stipitacea. 50. A. caulibus fruticosis articulatis diffusis, umbellis ramulorum terminalibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 50.

307. STAPELIA. Contorta. *Nectarium* duplici stellula 5phylla tegente genitalia.

variegata. 1. St. denticulis ramorum patentibus. *Knorr del. hort.* 1. *t.* F. 4.

hirsuta. 2. St. denticulis ramorum erectis. *Roes. inf.* 2. *musc. t.* 9.

mammillaris. 3. St. denticulis ramorum obtusis mucronatis. *Mant. p.* 216. *Burm. afr. t.* 11.

pilifera. 4. St. caule tereti mammilloso-tuberculato: tuberculis apice piliferis. *Suppl. p.* 171.

articulata. 5. St. articulis ramorum teretibus reticulatim obsolete verrucosis: spinulis minutis, floribus subsessilibus. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 310.

pulla. 6. St. subhexagona erecta, aculeis patentissimis, floribus sessilibus aggregatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 310.

incarnata. 7. St. quadrangularis, dentibus horizontali-truncatis callosis. *Suppl. p.* 171. *Burm. dec. t.* 7. *f.* 1.

quadrangula. 8. St. quadrangularis: angulis subdentatis, folliculis subulatis conjugatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 52. *an vere nova species capensis a Paterson joumeys into Caffraria p.* 60. *memorata, et manu depicta?*

VILLARSIA. *Cor.* campanulata. *Nectar.* 5 stamina mentientia. *Stil.* 0. *Capf.* ovata, 1locularis polysperma.

aquatica. 1. VILLARSIA. *Walt. flor. carol. p.* 108. 1208.

1208. LINCONIA. *Petala* 5 foveolae nectarii basi insculpta. *Capsula* seminifera, 2locularis.

alopecuroidea. 1. Linconia. *Mant. p.* 216. *Herm. afr.* 7.

308. HERNIARIA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 5. sterilia. *Capf.* 1sperma.

glabra. 1. H. glabra. *Flor. dan. t.* 529.

hirsuta. 2. H. hirsuta. *Zanich. ic.* 284. *An varietas glabrae?*

fruticosa. 3. H. caulibus fruticosis, floribus quadrifidis. *Lob. ic.* 85.

lenticulata. 4. H. suffruticosa, foliis ovato-oblongis pilosis. *Pluckn. alm. t.* 53. *f.* 3.

Payco. 5. H. foliis serratis. *Molin. hist. nat. Chil. p.* 126.

309. CHENOPODIUM. *Cal.* 5fidus, 5costatus. *Cor.* 0. *Sem.* 1. lenticulare, superum, horizontale, calice connivente tectum.

* *foliis angulosis.*

Bonus Henricus. 1. Ch. foliis triangulari-sagittatis integerrimis, spicis compositis aphyllis axillaribus. *Flor. dan. t.* 579.

urbicum. 2. Ch. foliis triangularibus subdentatis, racemis confertis strictissimis cauli approximatis longissimis. *Buxb. fl. hal. t.* 1.

atriplicis. 3. Ch. foliis deltoideis subtus coloratis, caule erecto. *Suppl. p.* 172. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 80.

triangulare. 4. Ch. foliis triangularibus aequilateris posterius integris, racemis decompositis subnudis axillaribus terminalibusque. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 205.

rubrum. 5. Ch. foliis cordato-triangularibus obtusiusculis dentatis, racemis erectis compositis subfoliosis caule brevioribus. *Morif. hist. pl.* 2. *t.* 31. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 5. *t.* 75. *f.* 6.

punctulatum. 6. Ch. foliis albo-punctulatis: imis rhombeo-ovatis sinuatis: supremis ellipticis, racemis lateralibus spicatis foliosis. *Scopoli del. insubr.* 1. *p.* 261. *t.* 11.

7. Ch.

album. 7. Ch. foliis rhomboideo-triangularibus erosis posterius integris: summis oblongis, racemis erectis. *Curt. flor. Lond. t.* 92.

viride. 8. Ch. foliis rhomboideis dentato-sinuatis, racemis ramosis subfoliatis. *Curt. flor. Lond. t.* 103.

serotinum. 9. Ch. foliis deltoideis sinuato-dentatis rugosis glabris uniformibus, racemis terminalibus. *Pet. gaz. t.* 8.

hybridum. 10. Ch. foliis cordatis angulato-acuminatis, racemis ramosis nudis. *Curt. flor. Lond. t.* 248.

multifidum. 11. Ch. foliis multifidis: segmentis linearibus, floribus axillaribus sessilibus. *Dill. h. Eltb. t.* 66. *f.* 77.

ambrosioides. 12. Ch. foliis lanceolatis dentatis, racemis foliatis simplicibus. *Regnault bot. t.* 75.

Botrys. 13. Ch. foliis oblongis sinuatis, racemis nudis multifidis. *Blackw. herb. t.* 315.

anthelminticum. 14. Ch. foliis ovato-oblongis dentatis, racemis aphyllis. *Dill. h. Eltb. t.* 66. *f.* 76.

glaucum. 15. Ch. foliis ovato-oblongis repandis, racemis nudis simplicibus glomeratis. *Tabern. Kraeuterb. ic. p.* 427.

murale. 16. Ch. foliis ovatis nitidis dentatis acutis, racemis ramosis nudis. *J. Bauh. hist. pl.* 2. *p.* 975. *ic.*

scpium. 17. Ch. foliis ovalibus sinuatis, racemis foliosis simplicibus. *J. Mayer Abh. d boehm. Ges.* 3. *p.* 320.

guineense. 18. Ch. foliis deltoideo-ovatis sinuato-dentatis, racemis ramosis: floribus conglomeratis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 346. *pl. rar. ic.* 2. *t.* 56.

** *foliis integris.*

Vulvaria. 19. Ch. foliis integerrimis rhomboideo-ovatis, floribus conglomeratis axillaribus. *Blackw. herb. t.* 100.

caudatum. 20. Ch. foliis integerrimis rhombeo-ovatis, racemo terminali erecto. *Jacq. coll.* 2. *p.* 325. *pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 31.

polyspermum. 21. Ch. foliis integerrimis ovatis, caule suberecto, cymis dichotomis, calicibus fructus patulis. *Curt. flor. Lond. t.* 115.

Scoparia. 22. Ch. foliis lineari-lanceolatis planis integerrimis.

aristatum. 23. Ch. foliis lanceolatis subcarnosis integerrimis, corymbis dichotomis aristatis axillaribus. *Gmel. sl. sib.* 3. *t.* 15. *f.* 1.

laterale. 24. Ch. foliis caulinis lanceolatis obtusis: ramorum oblongis, pedunculis lateralibus solitariis unifloris. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 313.

oppositifolium. 25. Ch. foliis oppositis lanceolato-subulatis brevissimis. *Suppl.* *p.* 172. *Pallas it.* 2. *t.* O.

fericeum. 26. Ch. foliis subulatis fericeis, florum glomerulis geminis. *Hall. hist. stirp. Helv. n.* 1575.

maritimum. 27. Ch. foliis subulatis semicylindricis. *Flor. dan. t.* 489.

1153. ATRIPLEX. Cor. o. *Flores* alii hermaphroditi, alii in eadem planta mere feminei.

☿. *Cal.* 5phyllus. *Sem.* 1. depressum; erectum.

♀. *Cal.* 2phyllus. *Sem.* 1. compressum.

coriacea. 1. A. caule fruticoso decumbente, foliis ovatis concavis, farinosis coriaceis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 175.

Helimus. 2. A. caule fruticoso, foliis deltoidibus integris.

portulacoides. 3. A. caule fruticoso, foliis obovatis.

albicans. 17. A. caule fruticoso erecto, foliis hastatis integerrimis acutis, spicis terminalibus. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 430.

glauca. 4. A. caule suffruticoso procumbente, foliis ovatis sessilibus integerrimis: inferioribus subdentatis. *Dill. h. Elth. t.* 40. *f.* 46.

rosea. 5. A. caule herbaceo, foliis incanis serratis, fructibus quadrangularibus dentatis.

sibirica. 6. A. caule herbaceo, foliis deltoidibus angulatis, calicibus fructus extus muricatis.

tatarica. 7. A. caule herbaceo, foliis deltoidibus sinuato-dentatis alternis.

laciniata. 8. A. caule herbaceo, foliis deltoideis dentatis subtus argenteis. *Morif. hist. pl.* 2. *t.* 32. *f.* 17.

hastata. 9. A. caule herbaceo, calicis valvis femineis magnis deltoidibus sinuatis. *Curt. flor. Lond. t.* 118.

10. A.

hortensis. 10. A. caule herbaceo erecto, foliis triangularibus. *Blackw. herb. t.* 99. *et* 552.

littoralis. 11. A. caule herbaceo erecto, foliis omnibus linearibus integerrimis.

patula. 12. A. caule herbaceo patulo, foliis subdeltoideo-lanceolatis, calicibus feminum disco dentatis. *Lob. ic.* 257. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 5. *t.* 75. *f.* 8.

virgata. 13. A. caule herbaceo: ramis elongatis rarioribus, foliis petiolatis; superioribus lanceolatis, floribus summis spicatis: calicibus feminum disco tuberculosis. *Scop. del. insubr.* 2. *p.* 14. *t.* 7.

alba. 14. A. caule ramosissimo herbaceo, foliis ovatis, floribus axillaribus glomeratis, calicibus fructus angulatis dentatis laevibus. *Scop. del. inf.* 2. §. 16. *t.* 8.

pedunculata. 15. A. caule herbaceo divaricato, foliis lanceolatis obtusis integris, calicibus femineis pedunculatis. *Spec. pl.* 1675. *Flor. dan. t.* 304.

salicina. 16. A. caule herbaceo glabro tereti, foliis lanceolatis inaequaliter serratis; radicalibus linearibus integerrimis, spica terminali glomerata aphylla. *Pallas it.* 1. *p.* 495. *n.* 113.

1116. HUMULUS.

Flores dioici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 5phyllus.
♀. *Cal.* 1phyllus, oblique patens, integer. *Sem.* 1. intra calicem foliatum.

Lupulus. 1. Humulus. *Knorr del. hort.* 2. *t.* L. 5. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 5. *t.* 75. *f.* 2.

310. BETA.

Cal. 5fidus, 5costatus, maturo semine connivens. *Cor.* 0. *Sem.* reniforme, intra substantiam baseos calicis, inferum, horizontale.

vulgaris. 1. B. floribus congestis, foliis inferioribus ovatis. *Blackw. t.* 235. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 5. *t.* 75. *f.* 5.

patula. 2. B. floribus congestis, foliis omnibus lineari-lanceolatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 315.

Cicla. 3. B. floribus ternis.

maritima. 4. B. floribus geminis.

MICROTEA. *Cal.* 5phyllus, patens. *Cor.* o. *Drupa* ſicca, echinata.

debilis. 1. MICROTEA. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 53.

311. SALSOLA. *Cal.* 5fidus. *Cor.* o. *Sem.* 1. inferum, calice corticatum.

* *caule herbaceo.*

Kali. 1. S. decumbens, foliis ſubulatis ſpinoſis ſcabris, calicibus marginatis axillaribus. *Flor. dan. t.* 818. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 75. *f.* 4.

ſativa. 2. S. diffuſa, foliis teretibus glabris, floribus conglomeratis.

hirſuta. 3. S. diffuſa, foliis teretibus obtuſis tomentoſis. *Flor. dan. t.* 187.

hyſſopifolia. 4. S. diffuſa, foliis alternis planis oblongo-linearibus lanuginoſis. *Pall. it.* 1. *p.* 492. *t.* H. *f.* 1.

Soda. 5. S. patula, foliis inermibus. *Mant. p.* 347. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 68.

carolinia-na. 29. S. decumbens, foliis lato-ſubulatis ſpinoſis laevibus, calicibus axillaribus ſeſſilibus. *Walt. flor. carol. p.* 111.

Tragus. 6. S. erecta, foliis ſubulatis ſpinoſis laevibus, calicibus ovatis; *an mera Kali varietas? an ob corticis in ſemine defectum, cum Kali et roſacea diſtincti generis?*

altiſſima. 7. S. erecta ramoſiſſima, foliis filiformibus acutiuſculis, baſi pedunculiferis. *Buxb. cent.* 1. *t.* 31. *f.* 2.

ſalſa. 8. S. erectiuſcula, foliis linearibus ſubcarnoſis muticis, calicibus ſucculentis diaphanis. *Mant. p.* 347. *Jacq. hort. Vind.* 3. *t.* 83.

roſacea. 9. S. foliis ſubulatis mucronatis, calicibus explanatis. *Buxb. cent.* 1. *t.* 14 *f.* 2.

monandra. 10. S. erecta, floribus monandris. *Pall. it.* 3. *p.* 724. *t.* M. *f.* 1. A. B. c. D. d.

** *caule lignoſo.*

polyclonos. 11. S. ſublignoſa diffuſa, foliis oblongis, calicibus marginatis glomeratis coloratis. *Mant. p.* 54. *Barr. rar. pl. ic. t.* 275.

12. S.

orientalis. 12. S. suffruticosa erecta ramosa villosa, foliis imbricatis subrotundis. *S. G. Gmelin it.* 4. *p.* 47. *t.* 5.

laniflora. 13. S. suffruticosa erecta, foliis obtusis carnosis, antheris coloratis. *Pallas it.* 2. *t.* P.

prostrata. 14. S. frutescens, foliis linearibus pilosis inermibus. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 294.

vermiculata. 15. S. frutescens, foliis ovatis acutis carnosis. *Barr. pl. rar. ic. t.* 215.

arborescens. 16. S. frutescens, foliis semicylindricis: inferioribus conjugatis. *Suppl. p.* 173.

monobractea. 17. S. frutescens diffusa, foliis linearibus pilosis inermibus, calice seta in spinam transeunte. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 55.

tetrandra. 18. S. fruticosa decumbens inermis, floribus brachiatim oppositis tetrandris. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 58. *an hujus generis?*

fruticosa. 19. S. fruticosa erecta, foliis filiformibus obtusiusculis. *Mant. p.* 347. *Du Hamel arbr.* 1. *t.* 62. *an ob semina plana nitida cum falsa et altissima distincti generis?*

muricata. 20. S. fruticosa patula, ramulis hirsutis, calicibus spinosis. *Mant. p.* 54. 512. *Pallas it.* 3. *t.* M. *f.* 3.

arbuscula. 21. S. fruticosa diffusa ramosissima, ramulis rigido-patentibus, bracteis alternis gibbis, foliis teretibus obtusis. *Pallas it.* 1. *p.* 487. *t.* G. *f.* 1.

imbricata. 22. S. fruticosa diffusa inermis, ramis villosis, ramulis imbricatis, bracteis obtusis nudis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 57.

mucronata. 23. S. fruticosa, ramulis mucronatis, foliis subulatis inermibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 56.

longifolia. 24. S. fruticosa prostrata, foliis inermibus, teretibus glabris farinosis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 55.

aphylla. 25. S. fruticosa subaphylla, ramis flosculorum rudimento coopertis. *Suppl. p.* 173.

articulata. 26. S. fruticosa decumbens aphylla, ramis floriferis articulatis, floribus oppositis ad apices articulorum. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 55.

inermis. 27. S. fruticosa aphylla, ramis inermibus, bracteis farinoso-villosis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 57.

coquimbana. 28. S. aphylla, calicibus ſucculentis diaphanis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 136.

ANREDERA. *Cal.* 2partitus: laciniis dorſo carinatis. *Sem.* 1 tectum calice membranaceo, compreſſo, 2alato.

ſpicata. 1. ANREDERA. *Juſſieu gen. plant. p.* 84.

312. ANABASIS. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 5petala. *Bacca* aquoſa, 1ſperma, calice cincta.

aphylla. 1. A. aphylla, articulis emarginatis. *Gmel. fl. ſib.* 3. *t.* 18. *β*) Anabaſis cretacea. *Pall. it.* 1. *p.* 493. *t.* 12. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 77. *f.* 4.

folioſa. 2. A. foliis ſubclavatis. *Buxb. cent.* 1. *t.* 19. *f.* 1.

tamariſcifolia. 3. A. foliis ſubulatis, pericarpiis exſuccis.

ſpinoſiſſima. 4. A. fruteſcens, ramis nudis ſpinoſiſſimis. *Suppl. p.* 173.

313. CRESSA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* hypocrateriformis. *Filamenta* tubo inſidentia. *Capſ.* 2valvis, 1ſperma.

cretica. 1. Cr. caule herbaceo. *Pluckn. alm. t.* 43. *f.* 6.

arabica. 2. Cr. caule fruticoſo. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 54.

1254. STERIS. *Cal.* 5partitus. *Cor.* rotata. *Bacca* 1locularis, polyſperma.

javana. 1. STERIS. *Mant. p.* 54.

314. GOMPHRENA. *Cal.* coloratus: exterior 3phyllus: foliolis 2 conniventibus carinatis. *Petala* 5 rudia, villosa. *Nectar.* cylindricum, 5dentatum. *Stil.* semibifidus. *Capſ.* 1sperma.

globosa. 1. G. caule erecto, foliis ovato-lanceolatis, capitulis solitariis, pedunculis diphyllis. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 100.

brasiliensis. 2. G. caule erecto, foliis ovato-oblongis, capitulis pedunculatis globosis aphyllis. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 10.

hispida. 3. G. caule erecto, foliis crenatis, capitulis diphyllis. *Rheed. h. mal.* 9. *t.* 72.

interrupta. 4. G. caule erecto, spica interrupta.

serrata. 5. G. caule erecto brachiato, capitulis solitariis terminalibus sessilibus, calicibus serratis.

perennis. 6. G. foliis lanceolatis, capitulis diphyllis: floseulis perianthio proprio distinctis. *Dill. h. Elth. t.* 20. *f.* 22.

flava. 7. G. pedunculis oppositis bifidis tricapitatis: capitulo intermedio sessili.

arborescens. 8. G. arborescens pilosa subvolubilis. *Suppl. p.* 173.

ROCAMA. *Cal.* 1phyllus, corniculatus. *Cor.* 0. *Capſ.* 2locularis, 2sperma.

arabica. 1. Rocama. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 71.

315. BOSEA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 0. *Drupa* baccata, 1locularis, 1sperma.

Yervemora. 1. Bosea. *Sloan. hist. jam.* 2. *t.* 158. *f.* 3. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 5. *t.* 77. *f.* 6.

316. ULMUS. *Cal.* 5fidus. *Cor.* o. *Capſ.* ſupera, 1locularis, foliaceo-compreſſa. *Sem.* ſolitarium.

campeſtris. 1. U. foliis duplicato-ſerratis baſi inaequalibus, floribus ſubſeſſilibus conglomeratis. *Flor. dan. t.* 632. *Regn. bot. t.* 332.

effuſa. 2. U. foliis duplicato-ſerratis baſi inaequalibus, floribus longe pedunculatis effuſis *Willden. prodr. fl. berol. n.* 296. *Fouge roux de Bondar. act. Pariſ.* 1784 *t.* 2.

americana. 3. U. foliis aequaliter ſerratis baſi inaequalibus. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 49. *f.* 5.

pumila. 4. U. foliis aequaliter ſerratis baſi aequalibus. *Pallas flor. roſſ. t.* 48.

hollandica. 5. U. foliis ovatis acuminatis rugoſis inaequaliter ſerratis, cortice fungoſo. *du Roi herb. Baumz.* 1. *p.* 505.

pubeſcens. 6. U. foliis baſi aequalibus oblongo-cordatis ſetaceo-ſerratis pubeſcentibus. *Walt. flor. carol. p.* 112.

nemoralis. 7. U. foliis oblongis glabriuſculis aequaliter ſerratis baſi ſubaequalibus, floribus ſeſſilibus. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 320.

1143. CELTIS. *Flores* maſculi in eadem planta cum hermaphroditis. *Cor.* o.
☿. *Cal.* 5partitus. *Drupa* 1locularis, 1ſperma, clauſa.
♂. *Cal.* 6partitus. *Stamina* 6.

auſtralis. 1. C. foliis ovato-lanceolatis ſcabris. *Lob. ic.* 186. *Scop. del. auſtr.* 2. *t.* 18.

Lima. 2. C. foliis ovato-lanceolatis acuminatis oblique cordatis ſerratis ſuperne ſcaberrimis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 53.

occidentalis. 3. C. foliis oblique ovatis acuminatis. *du Hamel arbr.* 1. *t.* 53.

orientalis. 4. C. foliis oblique cordatis ſerratis ſubtus villoſis. *Pluckn. alm. t.* 221. *f.* 4.

1108. PISTACIA. *Flores* dioici. *Cor.* 0.
♂. Ament. *Cal.* 5fidus.
♀. Diſtincta. *Cal.* 3fidus. *Drupa* 1pyrena, 1locularis, ſuperne clauſa.

trifolia. 1. P. foliis ſubternatis ſimplicibusque. *Bocc. muſ.* 2. *t.* 93.

narbonenſis. 2. P. foliis pinnatis ternatisque ſuborbiculatis.

vera. 3. P. foliis impari-pinnatis: foliolis ſubovatis recurvis. *Regn. bot. t.* 282.

Terebinthus. 4. P. foliis impari-pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis. *Regn. bot. t.* 412.

Lentiſcus. 5. P. foliis abrupte pinnatis: foliolis lanceolatis. *Blackw. herb. t.* 195.

1115. CANNABIS. *Flores* dioici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 5partitus.
♀. *Cal.* 1phyllus, integer, latere hians. *Nucula* 2valvis intra calicem clauſum.

ſativa. 1. Cannabis. *Blackw. herb. t.* 322. a. b. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 75. *f.* 1.

317. NAMA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* 5partita. *Capſ.* 2locularis, 2valvis, ſupera, polyſperma.

zeylanica. 1. N. caule erecto glabro, foliis linearibus, floribus racemoſis. *Fl. zeylan. t.* 2.

jamaicenſis. 2. N. caule decumbente, foliis ovatis, floribus ſolitariis. *Brown. jam. t.* 18. *f.* 2. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 44 *f.* 8.

DICHONDRA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* rotata, 5partita. *Capſ.* 2cocca.

repens. 1. D. caule repente, foliis reniformibus integerrimis. *Forſt. char. gen. p.* 20. *t.* 20. *Smith plant. ic. ined. t.* 20.

fericea. 2. D. foliis ſubtus fericeis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p. 54. an diſtincta ſpecies?*

318. HYDROLEA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* rotata, campanulata. *Filamenta* baſi cordata. *Capſ.* 2locularis, 2valvis. *Receptaculum* maximum. *Semina* parva.

ſpinoſa. 1. H. floribus terminalibus. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 55. *f.* 9. *Aubl. pl. guj.* 1. *t.* 110.

trigyna. 2. H. floribus axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 54.

quadrivalvis. 3. H. ſpinis pedunculisque axillaribus. *Walt. flor. carol. p.* 110.

DEMIDOFIA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* tubuloſa, 5fida. *Anth.* 2dymae. *Germ.* globoſa. *Stigm.* peltata. *Nuc.* 2 coadunatae 1loculares.

repens. 1. DEMIDOFIA. *Walt. flor. carol. p.* 110.

319. SCHREBERA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* infundibuliformis. *Filamenta* in fauce corollae ſquamis totidem baſeos.

Schinoides. 1. SCHREBERA. *Sp. pl.* 1662. *Nov. act. Upſ.* 1. *t.* 5. *f.* 1. *an vere diſtincti generis planta?*

ROCHEFORTIA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* infundibuliformis: fauce aperta. *Pericarp.* 2loculare, polyſpermum.

cuneata. 1. R. foliis cuneiformibus obovatis integris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 54.

ovata. 2. R. foliis ovatis emarginatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 54.

320.

320. HEUCHERA. *Petala* 5. *Capſ.* infera 2roſtris, 2locularis, calice corticata, inter ſtilos hians.

americana. 1. H. ſcapis ſubnudis, thyrſo elongato, foliis radicalibus longe petiolatis ſeptemlobis bis acute crenatis. *Pluckn. alm. t.* 58. *f.* 3. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 36. *f.* 2.

dichotoma. 2. H. caule ramoſo, pedunculis biſloris axillaribus, foliis lineari-lanceolatis oppoſitis integris caulinis. *Murr. Comm. Goett.* 1772. *p.* 64. *t.* 1.

447. VELEZIA. *Cor.* 5petala, parva. *Cal.* filiformis, 5dentatus. *Capſ.* 1locularis. *Sem.* plurima, ſerie ſimplici.

rigida. 1. VELEZIA. *Buxb. cent.* 2. *t.* 47.

321. SWERTIA. *Cor.* rotata: laciniae ad baſin poris *nectari*feris. *Capſ.* 1locularis, 2valvis.

* *corollis quinquefidis.*

perennis. 1. Sw. foliis radicalibus ovalibus. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 243.

difformis. 2. Sw. pedunculis longiſſimis, corolla terminali ſexfida, foliis linearibus.

rotata. 3. Sw. foliis lanceolato-linearibus. *Gmel. fl. ſib.* 4. *t.* 53. *f.* 1.

carinthiaca. 4. Sw. caulibus unifloris baſi foliolosis. *Jacq. miſc. auſtr.* 2. *p.* 23. *t.* 6.

** *corollis quadrifidis.*

corniculata. 5. Sw. corollis quadricornibus. *Gmel. flor. ſibir.* 4. *t.* 53. *f.* 3.

dichotoma. 6. Sw. corollis ecornibus. *Gmel. flor. ſibir.* 4. *t.* 53. *f.* 2.

322. GENTIANA. *Cor.* 1petala. *Receptacula* 2longitudinalia. *Capſ.* 2valvis, 1locularis.

* *corolla decemfida.*

pyrenaica. 1. G. corolla infundibuliformi aequali: laciniis exterioribus rudioribus. *Mant. p.* 55. *Gouan ill. t.* 2. *f.* 2.

** *corollis ſeptemfidis.*

campanulata. 2. G. corollis campanulatis ſtriatis immaculatis, calicibus ſeptemfidis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 29.

pannonica. 3. G. corollis ſubſeptemfidis campanulatis punctatis, calicibus ſubſexfidis, foliis caulinis lanceolatis acuminatis. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 136.

*** *corollis ſubquinquefidis.*

purpurea. 4. G. corollis campanulatis verticillatis, calicibus truncatis. *Flor. dan. t.* 50.

punctata. 5. G. corollis campanulatis punctatis, calicibus quinquedentatis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 28. β) Gentiana albiflora? *Pallas it.* 3. *p.* 724. *t.* L. *f.* 2.

lutea. 6. G. corollis rotatis verticillatis, calicibus ſpathaceis. *Sabbat. h. rom.* 1. *t.* 13.

campeſtris. 7. G. corollis fauce barbatis, calicis laciniis duabus majoribus. *Flor. dan. t.* 367. β) Gentiana tenella? *Flor. dan. t.* 318.

**** *corollis quinquefidis.*
† *campanulatis.*

aſclepiadea. 8. G. floribus oppoſitis ſeſſilibus, foliis amplexicaulibus. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 328.

Pneumonanthe. 9. G. floribus oppoſitis pedunculatis, foliis linearibus. *Flor. dan. t.* 269.

Saponaria. 10. G. corollis ventricoſis verticillatis, foliis trinerviis. *Catesb. Car.* 1. *t.* 70.

villoſa. 11. G. corollis ventricoſis, foliis villoſis.

acaulis. 12. G. corolla caulem excedente. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 135. *Flores monadelphi.* β) Gentiana anguſtifolia. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 526. γ) Gentiana alpina. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 526. *t.* 10.

13. G.

nana. 13. G. corolla fauce barbata, foliis caulinis ovatis. *Jacq. misc. auſtr.* 1. *t.* 18. *f.* 3. β?) *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 1. *n.* 652.

exaltata. 14. G. corollis coronatis crenatis, pedunculo longiſſimo dichotomo terminali. *Plum. ic.* 81. *f.* 1.

decumbens. 15. G. foliis radicalibus lanceolatis longiſſimis, caule decumbente. *Suppl. p.* 174. *Gmel. fl. ſibir.* 4 *t.* 51. *f.* A.

montana. 16. G. foliis cordatis ſeſſilibus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 21.

ſaxoſa. 17. G. foliis ſpatulatis. *Suppl. p.* 175. *Forſt. act. Stockh.* 1777. *t.* 5.

Catesbaei. 18. G. foliis lanceolatis remotis. *Walt. flor. carol. p.* 109.

frigida. 19. G. floribus terminalibus ſeſſilibus, foliis obtuſis radicalibus lineari-oblongis; caulinis lanceolatis, caule ſubbifloro. *Ilaëncke ap. Jacq. collect.* 2. *p.* 13.

viſcoſa. 48. G. foliis oblongis trinerviis, paniculis trichotomis, floribus monogynis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 321.

†† *corollis infundibuliformibus.*

verna. 20. G. corolla caulem excedente, foliis radicalibus confertis majoribus. *Renealm. ſpec. t.* 68. β) Gentiana brachyphylla. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 528. γ) Gentiana terglovenſis. *Hacq. pl. alp. carn. t.* 2. *f.* 3.

pumila. 21. G. corolla ſubſerrata, foliis lanceolato-linearibus. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 302.

bavarica. 22. G. corolla ſerrata, foliis ovatis obtuſis. *Jacq. obſ. bot.* 2. *t.* 71.

aurea. 23. G. corollis acuminatiſſimis: fauce imberbi muticaque, ramis oppoſitis. *Barrel. pl. rar. ic.* 3. *t.* 104. *f.* 1.

nivalis. 24. G. ramis unifloris alternis axillaribus, calicibus carinato-quinquangulis. *Flor. dan. t.* 17. β) Gentiana minima *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 528.

aquatica. 25. G. floribus terminalibus ſeſſilibus, foliis margine membranaceis. *Gmel. fl. ſibir.* 4. *t.* 53. *f.* 1.

Centaurium. 26. G. caule dichotomo, piſtillo ſimplici. *Flor. dan. t.* 617. β) Gentiana ramoſiſſima. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 530.

pulchella. 27. G. corollae tubo elongato, ſtilo ſimplici, caule ſimpliciſſimo. *Swarts nov. act. Stockh.* 1783. *p.* 83. *t.* 3. *f.* 8. 9.

28. G.

maritima. 28. G. caule dichotomo paucifloro, ſtilis geminis. *Mant. p.* 55. *Barr. pl. rar. ic.* 468. 469.

ſpicata. 29. G. floribus alternis ſeſſilibus. *C. Bauh. prodr. p.* 130. *ic.*

verticillaris. 30. G. floribus verticillatis octonis, caule ramoſo. *Suppl. p.* 174.

verticillata. 31. G. floribus verticillatis, caule ſimpliciſſimo. *Pluckn. ic.* 81. *f.* 2.

quinquefolia. 32. G. caule acutangulo, foliis ovatis amplexicaulibus. β) *Flor. dan. t.* 344.

elongata. 33. G. caule elongato filiformi ſubnudo unifloro: calice oblongo aequali, foliis radicalibus aggregatis. *Jacq. collect. 2. p.* 88. *t.* 17. *f.* 3.

proſtrata. 34. G. caulibus unifloris proſtratis, foliis obtuſis ſubimbricatis. *Jacq. collect. 2. p.* 66. *t.* 17. *f.* 2.

porphyrio. 37. G. caule ſimplici, foliis linearibus. *Walt. flor. carol. p.* 109.

ſcilloides. 35. G. caule unifloro proſtrato ramoſo, foliis obovatis obtuſis trinerviis, floribus bibracteatis. *Suppl. p.* 175.

Cachanlahuan. 36. G. ramis oppoſitis patulis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 124.

††† *corollis hypocrateriformibus.*

utriculoſa. 38. G. calicibus plicato-carinatis. *Barrel. pl. rar. ic. t.* 48.

exacoides. 39. G. calicibus membranaceo-carinatis, caule dichotomo, foliis cordatis. *Burm. afr. t.* 74. *f.* 5.

aphylla. 40. G. caule aphyllo. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 89.

Amarella. 41. G. corollis fauce barbatis. *Flor. dan. t.* 328.

***** *corollis quadrifidis.*

tetragona. 42. G. corollis imberbibus, pedunculis tetragonis. *Flor. dan. t.* 318.

ciliata. 43. G. corollis margine ciliatis. *Jacq. fl. auſtr. 2. t.* 113. β) Gentiana detonſa. *Fr. Rottb. act. Hafn.* 10. *t.* 1. *f.* 3.

Cruciata. 44. G. floribus verticillatis ſeſſilibus: corollis imberbibus. *Mant. p.* 349. *Jacq fl. auſtr. 4. t.* 372.

ſeſſilis. 45. G. floribus acaulibus, foliis ovatis. *Feuill. peruv. 3. t.* 14.

filiformis. 46. G. corollis imberbibus, caule dichotomo filiformi. *Flor. dan. t.* 324.

heteroclita. 47. G. floribus irregularibus, caule brachiato. *Mant. p.* 560.

VAH-

VAHLIA. π) *Flores* caliculati, ſparſi. *Capſula.*

capenſis. 1. Vahlia. *Thunb. nov. pl. gen. p.* 36. *ic.*

1376. RUSSELIA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5, ſupera. *Capſ.* 1locularis, polyſperma.

capenſis. Russelia. *Suppl. p.* 175.

BUMALDA. *Cor.* 5petala. *Stili* villoſi. *Capſ.* 2locularis. 2roſtris.

trifolia. 1. Bumalda. *Thunb. fl. jap. p.* 114.

1113. IRESINE. *Flores* dioici. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala.
♂. *Nectaria* 7.
♀. *Stigmata* ſeſſilia. *Capſ.* ſeminibus tomentoſis.

Celoſia. 1. Iresine. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 90.

1059. IVA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* communis, 1-3phyllus. *Cor.* diſci 1petalae, 5fidae. *Receptac.* pilis diſtinctum.
♀. *Cal.* floſculi radii 2-5. *Cor.* 0. *Stili* longi. *Sem.* nudum, obtuſum.

annua. 1. I. foliis lanceolato-ovatis, caule herbaceo.

fruteſcens. 2. I. foliis lanceolatis ſerratis, caule fruticoſo. *Pluckn. alm. t.* 27. *f.* 1.

imbricata. 3. I. foliis lanceolatis integris, calice imbricato tubuloſo, floſculis femineis binis. *Walt. flor. carol. p.* 232.

monophylla. 4. I. foliis infimis bipinnatifidis, calice monophyllo, floſculis femineis apetalis. *Walt. flor. carol. p.* 232.

1056.

π) *An diſtincta ſpecies Gentianae islandicae. Flor. dan. t.* 343.

1056. XANTHIUM. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* communis imbricatus. *Cor.* 1petalae, 5fidae, infundibuliformes. *Receptaculum* paleaceum.
♀. *Cal.* involucrum 2phyllum, 2florum. *Cor.* o. *Capſ.* duplicata muricata, 2fida: *Nucleus* 2locularis.

ſtrumarium. 1. X. caule inermi, foliis cordatis trinervatis. *Blackw. herb. t.* 444.

orientale. 2. X. caule inermi, foliis cuneiformi-ovatis ſubtrilobis. *Linn. dec.* 33. *t.* 17.

echinatum. 3. X. caule inermi, fructu ovali aculeato: aculeis uncinatis confertis baſi echinatis. *Murray comm. Goetting.* 1784. *cum ic.*

ſpinoſum. 4. X. ſpinis ternatis, foliis trilobis. *Pluckn. alm. t.* 239. *f.* 1.

fruticoſum. 5. X. foliis pinnatifidis: laciniis inciſis, caule fruticoſo. *Suppl. p.* 418. *an diſtincti generis?*

americanum. 6. X. foliis cuſpidatis trilobis ſerratis trinerviis, paleis flores maſculos aequantibus, involucris triflоris. *Walt. flor. carol. p.* 231.

1277. NEPHELIUM. *Flores* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 5dentatus.
♀. *Cal.* 4fidus. *Drupae* 2 ſiccae, muricatae, 1ſpermae.

lappaceum. 1. NEPHELIUM.

223. PHYLLIS. *Fructif.* ſparſae. *Stigmata* hiſpida. *Capſ.* infera, 2locularis, 2partibilis, 2ſperma.

nobla. 1. PHYLLIS. *Stipulae dentatae. Dill. h. Elth. t.* 299. *f.* 386. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 10.

* UMBELLATAE.

1332.

1332. HERMAS. *Umbellae* in eadem planta hermaphroditae, terminalis et mere masculae laterales, utraeque involucro universali partialibusque.

☿. *Umbellatae* radiis truncatis: centrali florifero. *Stamina* sterilia. *Sem.* 2suborbiculata.

♂. *Umbellulae* multiflorae.

depauperata. 1. H. frutescens, foliis amplexicaulibus dentatis subtus villosis. *Syst. nat* XII. 3. *p.* 204. Bupleurum villosum. *Burm. afr. t.* 71. *f.* 2.

gigantea. 2. H. foliis lanceolato-ovatis supra lanuginosis subtus tomentosis integris. *Suppl. p.* 435.

capitata. 3. H. caule tomentoso, foliis subcordatis serratis, umbellis capitatis. *Suppl. p.* 435.

quinquedentata. 4. H. caule glabro, foliis ovatis quinquedentatis subtus tomentosis, umbella solitaria. *Suppl. p.* 436.

ciliata. 5. H. caule glabro, foliis ovatis ciliatis subtus tomentosis, umbellis pluribus. *Suppl. p.* 436.

1165. ARCTOPUS. *Umbellae* in alia planta mere masculae, in alia ex flosculis masculis et femineis conflatae.

♂. *Umbella* composita. *Involucr.* 5phylla. *Pistill.* 2. abortientia.

Androg. Umbella simplex. *Involucr.* 4partitum, spinosum, maximum.

♂. plurimi in disco.

♀. 4 in radio. *Sem.* 1 inferum, 2loculare.

echinatus. 1. ARCTOPUS. *Burm. afr. t.* 1.

1166. PANAX. *Umbellae* in alia planta hermaphroditae, in alia mere masculae.

♂. *Cal.* integer.

☿. *Cal.* 5dentatus, superus. *Bacca* 2sperma.

simplex. 1. P. foliis alternis lanceolatis serratis, umbellis compositis. *Forst. fl. austr. p.* 75.

trifolia. 2. P. foliis ternis ternatis. *Trew. Ehret. t.* 6. *f.* 2.

quinquefolia. 3. P. foliis ternis quinatis. *Catesb. Car.* 3. *t.* 16.

attenuata. 4. P. foliis ternatis quinatisve, foliolis ovatis attenuatis crenatis, caudice arborescente. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 54.

spinosa. 5. P. foliis quinatis alternis, spinis inframeis solitariis, umbellis lateralibus. *Suppl. p.* 441.

arborea. 6. P. foliis septenatis, umbellis compositis. *Suppl. p.* 441.

Morototoni. 7. P. foliis octonatis lanceolatis undulatis subtus ferrugineis, floribus paniculatis. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 949. *t.* 360.

fruticosa. 8. P. folis supradecompositis dentato-ciliatis, caule fruticoso. *Rumpf amb.* 4. *t.* 33.

324. ERYNGIUM. *Flores* capitati. *Involucrum* universale polyphyllum. *Receptaculum* paleaceum. *Semina* squamulis flexilibus aspera.

foetidum. 1. E. foliis radicalibus lanceolatis serratis: floralibus multifidis, caule dichotomo. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 156. *f.* 3. 4.

aquaticum. 2. E. foliis gladiatis serrato-spinosis: floralibus indivisis. *Pluckn. alm. t.* 175. *f.* 4.

planum. 3. E. foliis radicalibus ovalibus planis crenatis, capitulis pedunculatis. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 391.

pusillum. 4. E. foliis radicalibus oblongis incisis, caule dichotomo, capitulis sessilibus.

tricuspidatum. 5. E. foliis radicalibus cordatis: caulinis palmatis; auriculis retroflexis, paleis tricuspidatis. *Morif. hist. pl.* 3. *t.* 37. *f.* 13. 6. E.

maritimum. 6. E. foliis radicalibus subrotundis plicatis spinosis, capitulis pedunculatis: paleis tricuspidatis. *Flor. dan. t.* 875.

campestre. 7. E. foliis radicalibus amplexicaulibus pinnato-lanceolatis. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 155. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 20. *f.* 1.

amethystinum. 8. E. foliis radicalibus trifidis basi subpinnatis. *Besl. h. Eyst.* o. 11. *t.* 8. *f.* 4.

Bourgati. 9. E. foliis omnibus digitatis, laciniatis suborbiculatis, capitulis subrotundis, paleis subulatis integris. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 326. *Gouan. ill. t.* 3.

alpinum. 10. E. foliis caulinis digitatis, laciniatis, radicalibus cordatis, capitulo oblongo polyphyllo: paleis setaceis trifidis. *Mant. p.* 349. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 1. *t.* 94. *An distincta hujus generis species Eryngium albo-villosum Forsk. fl. aeg. arab. p.* XIII?

americanum. 11. E. foliis integris: radicalibus rotundatis; caulinis ovato-lanceolatis, summis trifidis, caule procumbente. *Walt. flor. carol. p.* 112.

325. HYDROCOTYLE. *Umbella* simplex pedicellata. *Involucro* 2-4-phyllo. *Petala* integra. *Fructus* compressus, gibbus, 2-partibilis.

vulgaris. 1. H. foliis emarginatis peltatis, umbellis quinquefloris. *Flor. dan. t.* 90.

natans. 17. H. foliis reniformibus repando-crenatis natantibus. *Cyrill. pl. rar. Neap. fasc.* 1. *t.* VI. B.

umbellata. 2. H. foliis peltatis, umbellis multifloris.

americana. 3. H. foliis reniformibus sublobatis crenatis, umbellis quinquefloris.

asiatica. 4. H. foliis reniformibus dentato-crenatis. *Rheed. h. malab.* 10. *t.* 46. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 5.

hirsuta. 5. H. hirsuta, foliis reniformibus lobatis crenatis, floribus verticillatis: verticillis quadrifloris. *Swarts nov. pl. gen. et. sp. p.* 54.

moschata. 6. H. foliis reniformibus septemlobatis serratis villosis, umbellis multifloris. *Forst. fl. austr. p.* 22.

reniformis. 15. H. foliis reniformibus dentatis erectis. *Walt. flor. carol. p.* 113.

ranunculoides. 7. H. foliis quinquepartitis incisis. *Suppl. p.* 177.

cordata. 16. H. foliis cordatis integris erectis. *Walt. flor. carol. p.* 113.

erecta. 8. H. foliis cordatis crenatis, scapis pauciflоris longitudine petiolorum. *Suppl. p.* 177.

villosa. 9. H. tomentosa, foliis cordatis integerrimis tomentosis. *Suppl. p.* 175. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 620. Centella villosa. *Mant. p.* 298. Mercurialis afra.

glabrata. 10. H. glaberrima, foliis ovatis vel lanceolatis acutis trinerviis glaberrimis. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 620. Centella glabrata.

Solandra. 11. H. tomentosa, foliis cuneiformibus ovatis retusis septemdentatis. *Suppl. p.* 176. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 627. Solandra capensis. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 5.

tridentata. 12. H. tomentosa, foliis lineari-cuneiformibus apice tridentatis. *Suppl. p.* 176.

sinensis. 13. H. foliis linearibus, umbellis multifloris.

virgata. 14. H. virgata, foliis semiteretibus linearibus sulco exaratis internodio longioribus. *Suppl. p.* 176.

326. SANICULA. *Umbellae* confertae, subcapitatae. *Flores* disci abortientes. *Fructus* aculeis hamatis muricatus.

europaea. 1. S. foliis radicalibus orbicularibus quinquelobis, floseulis omnibus sessilibus. *Flor. dan. t.* 283.

canadensis. 2. S. foliis radicalibus compositis: foliolis ovatis.

marilandica. 3. S. floseulis masculis pedunculatis hermaphroditis sessilibus. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 11. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 20. *f.* 3.

237. ASTRANTIA. *Involucra partialia* lanceolata, patentia, aequalia, longiora, colorata. *Flores* plurimi abortientes. *Capſ.* coſtis 5rotundatis transverſim rugoſis, 1ſpermae, clauſae.

major. 1. A. foliis quinquelobis: lobis trifidis. *Blackw. herb. t.* 470. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 20. *f.* 2.

carniolica. 2. A. foliis quinquelobis: lobis indiviſis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 10.

Epipactis. 3. A. foliis quinquepartitis obtuſis ſerratis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 11.

minor. 4. A. foliis digitatis ſerratis. *Scopol. fl. carn. ed.* 2. *t.* 7.

328. BUPLEURUM. *Involucra* umbellulae majora 5phylla. *Petala* involuta. *Fructus* ovatus gibbus parvus, apice non coronatus.

* *herbacea.*

rotundifolium. 1. B. involucris univerſalibus nullis, foliis perfoliatis. *Blackw. herb. t.* 95. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 7.

ſtellatum. 2. B. involucro univerſali triphyllo, partialibus coadunatis. *Hall. ſtirp. Helv. n.* 771. *t.* 18.

anguloſum. 3. B. involucro univerſali triphyllo ovato: partialibus orbiculatis, foliis amplexicaulibus cordato-lanceolatis. β) Bupleurum Vapincenſe. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 574

odontites. 4. B. involucro univerſali triphyllo: partialibus acutis, floſculo centrali altiore, ramis divaricatis. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 91. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 7.

ranunculoides. 5. B. involucro univerſali triphyllo; partialibus lanceolatis longioribus, foliis caulinis lanceolatis. *Mant. p.* 349. *Park. theat. t.* 338. β) Bupleurum anguloſum. *Vill. pl. delph.* 2. *p.* 574. γ) Bupleurum gramineum. *Vill. pl. delph.* 2. *p.* 575.

rigidum. 6. B. involucro universali triphyllo: partialibus minimis acutis, caule dichotomo subnudo.

tenuissimum. 7. B. involucro universali triphyllo, umbellis simplicibus alternis paucifloris, foliis lineari-lanceolatis, caule prostrato. *Morif. hist. pl.* 3. *t.* 14. *f.* 4. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 7.

pyrenaeum. 20. B. involucro universali triphyllo aurito connato, involucellis obovatis emarginatis inaequalibus, foliis lanceolatis. *Gouan. illustr. t.* 4. *f.* 12.

junceum. 8. B. involucro universali subtriphyllo; umbellis compositis; foliis linearibus, caule erecto paniculato.

baldense. 21. B. involucro universali tetraphyllo, partialibus pentaphyllis acuminatis, ramis foliisque alternis. *Turro giorn. di Venez. t.* 1.

longifolium. 9. B. involucro universali subpentaphyllo: partialibus ovatis, foliis amplexicaulibus. *Camerar. hort. t.* 38.

falcatum. 10. B. involucro universali subpentaphyllo: partialibus acutis, foliis lanceolatis, caule flexuoso. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 128.

petraeum. 11. B. involucro universali pentaphyllo: partialibus coadunatis.

Gerardi. 12. B. involucro universali pentaphyllo, foliis lanceolato-linearibus, caule erecto paniculato. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 256.

flavum. 13. B. involucro universali pentaphyllo, foliis radicalibus linearibus, caule subnudo dichotomo erecto. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 205.

semicompositum. 14. B. umbellis compositis simulque simplicibus.

nudum. 15. B. involucris involucellisque lanceolato-oblongis, caule ramoso aphyllo, foliis radicalibus decompositis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 331.

** *frutescentia.*

fruticosum. 16. B. foliis obovatis integerrimis.

fruticescens. 17. B. inerme, foliis linearibus. *Sabb. h. rom.* 4. *t.* 80.

spinosum. 18. B. foliis linearibus, paniculae ramis semine nudis spinescentibus. *Suppl. p.* 178. *Gouan. bot. t.* 2. *f.* 3.

19. B.

difforme. 19. B. foliis vernalibus decompositis planis incisis: aestivalibus filiformibus angulatis trifidis.

*** *arborescentia.*

arborescens. 20. B. foliis subsessilibus longe lanceolatis integerrimis ad oras cartilagineis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 343. *pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 57.

329. ECHINOPHORA. *Flores* laterales masculi: centrali hermaphrodito. *Sem.* 1. involucello immersum.

spinosa. 1. E. foliolis subulato-spinosis integerrimis. *Turr. farset.* 7.

tenuifolia. 2. E. foliolis incisis inermibus. *Column. ecphr.* 1. *t.* 101.

1377. COPROSMA. *Flores* hermaphroditi, masculi et feminei. *Cal.* 5partitus. *Cor.* 5-7fida. *Stamin.* 5-7. *Stili* longi. *Bacca* 2sperma: *Semina* planiuscula.

lucidum. 1. C. pedunculis compositis. *Suppl. p.* 178. *Forster. char. gen. p.* 69. *t.* 69. *f.* h-k.

foetidissimum. 2. C. floribus solitariis. *Suppl. p.* 178. *Forster. char. gen. p.* 69. *t.* 69. *f.* a-g.

241. HASSELQUISTIA. *Cor.* radiatae: disci masculae. *Sem.* ambitus geminata, margine crenata, *disci* solitaria, urceolata, hemisphaerica.

aegyptiaca. 1. H. foliis pinnatis: foliolis pinnatifidis. *Mant. p.* 217. *Suppl. p.* 179. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 87. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 21. *f.* 2.

cordata. 2. H. foliis cordatis. *Suppl. p.* 179. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 193. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 21. *f.* 2.

330. TORDYLIUM. *Cor.* radiatae, omnes hermaphroditae. *Involucra* longa indivisa. *Semina* orbiculata, compressa, plana, margine incrassato cincta.

syriacum. 1. T. involucris umbella longioribus. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 54. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 21. *f.* 3.

officinale. 2. T. involucellis longitudine florum: foliolis ovatis lanceolatis.

peregrinum. 3. T. involucro monophyllo subtrifido, seminibus sulcatis rugosis plicatis. *Mant. p.* 55. *Column. ecphr.* 1. *t.* 124.

apulum. 4. T. umbellis remotis, foliis pinnatis: pinnis subrotundis laciniatis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 53. *an satis distinctum ab officinali?*

maximum. 5. T. umbellis confertis, foliolis lanceolatis inciso-serratis. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 142.

scifolium. 6. T. involucellis polyphyllis, involucro submonophyllo, foliolis oblongis serratis. *Scop. flor. carn. t.* 8. *an hujus generis?*

331. CAUCALIS. *Cor.* radiatae, disci masculae. *Involucra* foliola integra. *Petala* inflexo-emarginata. *Semina* setis aut aculeis obsessa.

grandiflora. 1. C. seminibus ovatis: costis dorsalibus approximatis quatuor; aculeis diffusis, petalis exterioribus maximis. *Jacq. fl. austr.* 1. *t.* 24. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 20. *f.* 5.

contaminata. 8. L. floribus campanulatis pedunculatis, foliis lineari-subulatis canaliculatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 460.

398. TRADESCANTIA. *Cal.* 3phyllus. *Petala* 3. *Filamenta* villis articulatis. *Capsula* 3locularis, supera.

virginica. 1. Tr. erecta laevis, floribus congestis. *Morison. hist. pl.* 3. *t.* 2. *f.* 4. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 15. *f.* 2.

malabarica. 2. Tr. erecta laevis, pedunculis solitariis longissimis. *Rheede h. mal.* 9. *t.* 63.

nervosa. 3. Tr. scapo unifloro. *Mant. p.* 223.

geniculata. 4. Tr. procumbens hirsuta. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 95.

monandra. 5. Tr. diffusa, foliis ovatis acuminatis, floribus monandris umbellulatis, involucello tetraphyllo. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 57.

6. Tr.

multiflora. 6. Tr. erecta ramosa, foliis cordatis margine vaginisque ciliatis, pedunculis congestis, floribus umbellatis triandris. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 57. *Jacq. coll.* 3. *p.* 226.

cordifolia. 7. Tr. repens laevis, foliis cordatis, pedunculis elongatis multifloris. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 57.

cristata. 8. Tr. repens laevis, spathis diphyllis imbricatis. *Sp. pl.* 64. Commelina cristata. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 137.

papilionacea. 9. Tr. repens laevis, spathis triphyllis imbricatis. *Mant. p.* 61. 513. *Burm. ind. t.* 7. *f.* 11.

spathacea. 10. Tr. acaulis, foliis sessilibus, scapis radicalibus. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 57.

speciosa. 11. Tr. foliis oppositis connatis. *Suppl. p.* 192.

axillaris. 12. Tr. caule ramoso, floribus sessilibus lateralibus. *Mant. p.* 321. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 79. Commelina axillaris.

discolor. 13. Tr. spatha triphylla compressa, floribus subexsertis, foliis lanceolatis subtus violaceis. *Herit sert. angl. p.* 8. *t.* 12.

Aubleti. 14. Tr. racemis terminalibus: corollis inaequalibus, foliis subpetiolatis ovatis integerrimis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 35. *t.* 12.

MNASIUM. *Cal.* 1phyllus, 3partitus. *Cor.* 1petala, 3partita; tubo breviſſimo. *Antherae* 4gonae, foliolo ovato terminatae. *Germen* 3lobum. *Stigm.* 3 spiralia.

paludosum. 1. Mnasium. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 305. *t.* 118.

399. PONTEDERIA. *Cor.* 1petala, 6fida, 2labiata. *Stamina* 3 apici, 3 tubo corollae inserta. *Capſ.* 3locularis.

ovata. 1. P. foliis ovatis, floribus capitatis. *Rheed. h. malab.* 11. *t.* 34.

azurea. 2. P. foliis subrotundo-ellipticis basi incrassatis, floribus spicatis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 57.

rotundifolia. 3. P. foliis orbiculato-cordatis. *Suppl. p.* 192.

vaginalis. 4. P. foliis cordatis, racemo cernuo. *Mant. p.* 222. *Rumpf amb.* 6. *t.* 75. *f.* 1.

cordata. 5. P. foliis cordatis, floribus ſpicatis. *Pet. gaz.* 1. *t.* 1. *f.* 12.

limoſa. 6. P. foliis cordato-ovatis, ſpathis lateralibus unifloris, floribus triandris. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 149. *f.* 1.

haſtata. 7. P. foliis haſtatis, floribus umbellatis. *Rheede h. malab.* 11. *t.* 44.

400. HAEMANTHUS. *Involucrum* 6phyllum, multiflorum, terminale. *Cor.* 6partita, ſupera. *Bacca* 3locularis.

pubeſcens. 1. H. foliis linguiformibus villoſis. *Suppl. p.* 193.

coccineus. 2. H. foliis linguiformibus planis laevibus. *Comm. h. amſt.* 2. *t.* 64.

puniceus. 3. H. foliis lanceolato-ovatis undulatis erectis. *Trew. Ehret. t.* 44. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 11. *f.* 3.

carinatus. 4. H. foliis linearibus carinatis.

401. GALANTHUS. *Petala* 3 concava. *Nectarium* ex petalis 3 parvis emarginatis. *Stigma* ſimplex.

nivalis. 1. GALANTHUS. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 313.

402. LEUCOIUM. *Cor.* campanulata, 6partita, apicibus incraſſata. *Stigma* ſimplex.

vernum. 1. L. ſpatha uniflora, ſtilo clavato. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 312.

aeſtivum. 2. L. ſpatha multiflora, ſtilo clavato. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 203.

auctumnale. 3. L. ſpatha multiflora, ſtilo filiformi. *Renealm. ſpec. t.* 100.

1300. TULBAGIA. *Cor.* infundibuliformis: limbo 6fido. *Nectarium* coronans faucem, 3phyllum: foliolis 2fidis magnitudine limbi. *Capſ.* ſupera 3locularis.

alliacea. 1. T. foliis ſubfiliformibus. *Suppl. p.* 193. *Gaertn. de fr. et ſem. cent* 1. *t.* 16. *f.* 3. *an vere diverſa a capenſi?*

cepacea. 2. T. foliis lanceolato-linearibus. *Mant. p.* 223. *Suppl. p.* 194. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 115.

403. NARCISSUS. *Cor.* ſupera, 6petala, aequalis: *Nectario* (ſaepe) infundibuliformi, 1phyllo extra ſtamina.

poëticus. 1. N. ſpatha uniflora, nectario rotato breviſſimo ſcarioſo crenulato. *Knorr del. hort.* 1. *t.* N. 4.

Pſeudo-narciſſus. 2. N. ſpatha uniflora, nectario campanulato erecto criſpo aequante petala ovata. *Bulliard. herb. Franc. t.* 399.

bicolor. 3. N. ſpatha uniflora, nectario campanulato: margine patulo criſpo aequante petala. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 71. *f.* 9.

minor. 4. N. ſpatha uniflora, nectario obconico erecto criſpo ſexfido aequante petala lanceolata. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 72. *f.* 11.

moſchata. 5. N. ſpatha uniflora, nectario cylindrico truncato ſubrepando, aequante petala oblonga. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 69. *f.* 6. *et p.* 73. *f.* 15. 16.

Bulbocodium. 6. N. ſpatha uniflora, nectario turbinato petalis majore, genitalibus declinatis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 75. *f.* 5. 7.

ſerotinus. 7. N. ſpatha uniflora, nectario ſexpartito breviſſimo, foliis ſubulatis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 64. *f.* 8.

triandrus. 8. N. ſpatha ſubuniflora, nectario campanulato crenato dimidio petalis breviore, ſtaminibus ternis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 72. *f.* 12.

odorus. 9. N. ſpatha ſubbiflora, nectario campanulato ſexfido laevi dimidio petalis breviore, foliis ſemicylindricis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 60. *f.* 7.

orientalis. 10. N. spatha subbiflora, nectario campanulato trifido emarginato petalis triplo breviore. *Mant. p.* 62. *Rudb. elys.* 2. *p.* 52. *f.* 2. β) *Rudb. elys.* 2. *p.* 54. *f.* 5. γ) *Rudb. elys.* 2. *p.* 50. *f.* 1.

trilobus. 11. N. spatha submultiflora, nectario campanulato subtrifido integerrimo petalis dimidio breviore. *Rudb. elys.* 2. *p.* 61. *f.* 3.

calathinus. 12. N. spatha multiflora, nectario campanulato subaequante petala, foliis planis. *Rudb. elys.* 2. *p.* 60. *f.* 5.

Tazetta. 13. N. spatha multiflora, nectario campanulato plicato truncato triplo breviore petalis, foliis planis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* N. 3.

dubius. 14. N. spatha multiflora: petalis ovatis, nectario campanulato integerrimo petalis triplo breviore. *Gouan. ill. t.* 51. *f.* 2.

Jonquilla. 15. N. spatha multiflora, nectario campanulato brevi, foliis subulatis. *Bulliard herb. Franc. t.* 334.

hispanicus. 16. N. scapo ancipiti unifloro, nectario petalo sexfido: lobis dentatis. *Gouan. illustr.*

404. PANCRATIUM. *Petala* 6: *Nectario* 12fido. *Stamina* nectario imposita.

maximum. 1. P. spatha uniflora, petalis patentibus, nectario pedali. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 72.

zeylanicum. 2. P. spatha uniflora; petalis reflexis. *Commel. h. amst.* 1. *t.* 38.

mexicanum. 3. P. spatha biflora. *Dill. h. Eltb. t.* 222. *f.* 289.

caribaeum. 4. P. spatha multiflora, foliis lanceolatis. *Mart. cent. t.* 27.

maritimum. 5. P. spatha multiflora, petalis planis, foliis lingulatis. *Mill. dict. t.* 197.

declinatum. 6. P. spatha multiflora, scapo compresso ancipiti, corollae laciniis tubum subexcedentibus, foliis lingulatis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 102.

carolinianum. 7. P. spatha multiflora, foliis linearibus, staminibus nectarii longitudine, *Catesb. carol.* 3. *t.* 5.

8. P.

verecundum. 8. P. spatha multiflora, foliis linearibus, sinubus laciniarum nectarii staminiferis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 412.

illyricum. 9. P. spatha multiflora, foliis ensiformibus, staminibus nectario longioribus. *Trew. Ehret. t.* 27.

littorale. 10. P. spatha multiflora, scapo compresso ancipiti, corollae laciniis tubo duplo brevioribus, foliis ensiformibus. *Jacq. stirp. amer pict. t.* 101.

amboinense. 11. P. spatha multiflora, foliis ovatis nervosis petiolatis. *Commel. h. Amst.* 1. *t.* 39. *β*) *Trew. Ehret. t.* 28.

1381. MASSONIA. *Nectarium* inferum. *Cor.* 6petala, nectario inserta.

latifolia. 1. M. foliis orbiculatis glabris. *Suppl. p.* 193. *Ait. hort. Kew.* 1. *t.* 3.

undulata. 2. M. foliis lanceolatis undulatis glabris. *Thunb. nov. pl. gen. p.* 41.

angustifolia. 3. M. foliis lanceolato-oblongis glabris. *Suppl. p.* 193. *Ait. hort. Kew.* 1. *t.* 4.

echinata. 4. M. foliis ovatis muricatis pilosis. *Suppl. p.* 193.

405. CRINUM. *Cor.* (saepe) infundibuliformis, 1petala, 6partita: laciniis 3alternis uncinatis. *Germen* fundo corollae tectum. *Stamina* distantia.

latifolium. 1. Cr. foliis ovato-lanceolatis acuminatis sessilibus planis. *Rheed. h. mal.* 11. *t.* 39. *an ad Amaryllidem potius spectat?*

obliquum. 2. Cr. foliis lanceolatis obliquis, laciniis corollae alternis extus glandulosis. *Suppl. p.* 195. *Herit. sert. angl. t.* 15. *an potius Amaryllis?*

africanum. 3. Cr. foliis sublanceolatis planis, corollis obtusis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* L. 10. *an distincti generis?*

asiaticum. 4. Cr. foliis carinatis. *Rheed. h. malab.* 11. *t.* 33. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 13. *f.* 5. *Distincti generis.*

zeylanicum. 5. Cr. foliis scabro-dentatis, scapo compressiusculo. *Sp. pl. p.* 321. Amaryllis zeylanica. *Trew. Ehret. t.* 13. *an potius Amaryllis?*

falcatum. 6. Cr. foliis linearibus falcatis ad oras cartilagineis ſcabris. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 60.

anguſtifolium. 7. Cr. foliis linearibus obtuſis, corollis cylindricis: laciniis alternis interglanduloſis. *Suppl. p.* 195. *an ad Amaryllidem amandandum?*

lineare. 8. Cr. foliis linearibus, corollis campanulatis: laciniis duabus anguſtioribus. *Suppl. p.* 195.

tenellum. 9. Cr. ſpatha multiflora corollis aequalibus, foliis filiformibus *Suppl. p.* 194. *Ait. hort. Kew.* 1. *t.* 5. *an Amaryllidis aut Leucoji ſpecies?*

ſpecioſum. 10. Cr. foliis enſiformibus, corollis campanulatis: tribus laciniis alternis calloſo-unguiculatis. *Suppl. p.* 195. *an Amaryllidi accenſendum?*

americanum. 11. Cr. corollarum apicibus introrſum uncinatis. *Dill. h. Elth. t.* 161. *f.* 195.

caſpium. 12. Cr. foliis radicalibus lanceolatis undulatis. *Pall. it.* 2. *p.* 736. *t.* Q.

nervoſum. 13. Cr. foliis ſubrotundis nervoſis, filamentis baſi dilatatis. *Herit. ſert. angl. p.* 8. *Rumpf amb.* 6. *t.* 70. *f.* 1.

TIMMIA. *Cor.* tubuloſa clavata curva, 6fida, laciniis ovato-oblongis.

anguſtifolia. 1. T. foliis obtuſe carinatis rectis, floribus cernuis. *Ait. hort. Kew.* 1.

obliqua. 2. T. foliis planis obliquis, floribus pendulis. *Herit. ſert. angl. t.* 16. Amaryllis umbella.

406. AMARYLLIS. *Cor.* 6petala, campanulata. *Stigma* 3fidum.

* *ſpatha uniflora.*

capenſis. 1. A. ſpatha remotiſſima, corolla aequali, ſtaminibus piſtilloque rectis. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 23. *f.* 9. *an eadem cum hypoxi ſtellata?*

lutea. 2. A. ſpatha indiviſa, corolla aequali ſeſſili, ſtigmate ſimplici. *Weinm. phyt.* 3. *t.* 652. *f.* C.

tubiſpatha. 3. A. ſpatha monophylla tubuloſa bifida, pedunculo duplo breviore. *Herit. ſert. angl. p.* 9.

4. A.

tubiflora. 4. A. spatha diphylla corolla infundibuliformi: tubo longissimo. *Feuill. par.* 3. *t.* 20.

Atamasco. 5. A. corolla subaequali, genitalibus declinatis, spatha bifida. *Catesb. Car.* 3. *t.* 12.

maculata. 6. A. spathe diphylla lineari: flore pedunculato; genitalibus declinatis. *Herit. sert. angl. p.* 10.

clavata. 7. A. spatha diphylla subulata: corolla clavata. *Herit sert. angl. p.* 11.

pumilio. 27. A. spatha diphylla, corolla infundibuliformi aequali: laciniis revolutis, staminibus inclinatis: alternis brevioribus. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 415.

formosissima. 8. A. spatha indivisa, corolla bilabiata sexpartita: petalis inferioribus genitalibusque declinatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* N.

chilensis. 9. A. spatha subbiflora subdiphylla: floribus pedunculatis, foliis linearibus. *Feuill. per.* 3. *t.* 21.

reginae. 10. A. spatha subbiflora, corollis basi tubulosis campanulatis quinquepartitis; fauce tubi hirsuta. *Mill. ic. t.* 24.

spiralis. 11. A. spatha diphylla pauciflora, pedunculis filiformibus longissimis, foliis subulatis. *Herit. sert. angl. p.* 10. *t.* 13.

reticulata. 12. A. spatha submultiflora: corollis nutantibus basi tubulosis limbo reticulatis, foliis oblongis. *Herit. sert. angl. p.* 12. *t.* 14.

vittata. 13. A. floribus subhexapetalis pedunculatis: petalis exterioribus margine liberis. *Herit. sert. angl. p.* 13. *t.* 15.

** *spatha multiflora.*

Belladonna. 14. A. floribus umbellatis pedunculatis subhexapetalis, foliis canaliculatis. *Mill. illustr. ic.*

longifolia. 15. A. floribus umbellatis pedunculatis basi tubulosis sexpartitis, foliis scapo duplo longioribus. *Ehret. pict. t.* 13.

revoluta. 16. A. corollis breviter pedicellatis basi tubulosis reclinatis: laciniis revolutis, foliis linearibus. *Herit. sert. angl. p.* 14.

aurea. 17. A. corollis basi tubulosis sexpartitis: laciniis linearibus undulatis, genitalibus corolla brevioribus. *Herit. sert. angl. p.* 14. *t.* 15.

orientalis. 18. A. corollis longissime pedunculatis sexpartitis, geminibus cuneiformibus triangularibus, foliis ovatis. *Brunsvigia Heist. monogr. c. ic.*

19. A.

ciliaris. 19. A. corolla ſexpartita reflexa, foliis ciliatis. *Suppl. p.* 195. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 234. Haemanthus ciliaris *et p.* 237. Amaryllis guttata. *Breyn cent. t.* 39.

ſamienſis. 20. A. corollis revolutis, radiatis ſubhexapetalis lineari-lanceolatis, genitalibus erectis. *Ehret. ſelect. t.* 9. *f.* 3.

radiata. 21. A. corollis ſubhexapetalis linearibus undulatis revolutis, genitalibus deflexis divergentibus, corolla duplo longioribus. *Herit. ſert. angl. p.* 16.

cinnamomea. 22. A. corollis ſubhexapetalis lanceolatis undulatis, genitalibus erectis corolla brevioribus. *Herit. ſert. angl. p.* 16. *t.* 17.

undulata. 23. A. corollis ſubhexapetalis: petalis linearibus canaliculatis undulatis, genitalibus deflexis, corolla brevioribus. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 13.

tatarica. 24. A. ſpatha biflora: petalis tribus apice reflexis, ſtaminibus tribus longioribus. *Pall. it.* 3. *p.* 727. *t.* D. *f.* 1. *an hujus generis?*

diſticha. 25. A. corollis aequalibus, foliis diſtichis incumbenti-patentibus. *Suppl. p.* 195. *Paterſon journeys, into the country of the Hottentotts and Caffraria. p.* 51. *ic.*

alba. 26. A. floribus declinatis, foliis lineari-lanceolatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 209.

407. BULBOCODIUM. *Cor.* infundibuliformis, 6-petala: unguibus anguſtis ſtaminiferis. *Capſ.* ſupera.

vernum. 1. Bulbocodium. *Retz. obſ. bot.* 2. *t.* 1. *Junghans pl. ic. cent.* 1. *t.* 1.

408. APHYLLANTHES. *Cor.* 6petala. *Glumae* calicinae 1valves imbricatae. *Filamenta* fauci corollae inſerta. *Capſ.* ſupera.

monſpelienſis. 1. Aphyllanthes. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 25. *f.* 12.

409.

409. ALLIUM. *Cor.* 6petala, patens. *Spatha* multiflora, arida. *Umbella* congesta. *Capſ.* ſupera, 3locularis.

* *foliis caulinis.*

† *planis.*

← *umbella capſulifera.*

Ampeloprasum. 1. A. umbella globoſa, ſtaminibus tricuſpidatis, petalis carina ſcabris.

lineare. 2. A. umbella globoſa, ſtaminibus tricuſpidatis, corolla duplo longioribus. *Gmel. fl. ſib.* 1. *t.* 13. 14. *f.* 1.

rotundum. 3. A. umbella ſubgloboſa, floribus lateralibus nutantibus; ſtaminibus tricuſpidatis. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 2.

Pomum. 4. A. ſtaminibus tricuſpidatis radice tunicata. *Blackw. herb. t.* 421.

Victorialis. 5. A. umbella rotundata, ſtaminibus lanceolatis corolla longioribus, foliis ellipticis. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 216. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 2.

ſubhirſutum. 6. A. ſtaminibus ſubulatis, foliis inferioribus hirſutis.

ramoſum. 7. A. umbella globoſa, ſtaminibus ſubulatis longioribus, foliis linearibus ſubconvexis. *Jacq. ic. pl. rar. cent.* 2. *t.* 21.

obliquum. 8. A. ſtaminibus filiformibus flore triplo longioribus, foliis obliquis. *Gmel. fl. ſib.* 1. *t.* 9.

magicum. 9. A. ſtaminibus ſimplicibus, ramulo bulbifero.

roſeum. 10. A. umbella faſtigiata, ſtaminibus ſimplicibus breviſſimis, petalis emarginatis. *Magnol. fl. monſp. t.* 10.

tataricum. 11. A. umbella plana, ſtaminibus ſimplicibus, foliis ſemicylindricis. *Suppl. p.* 196.

caeruleum. 12. A. umbella globoſa, ſtaminibus ſimplicibus, foliis linearibus: vaginis ſpinuloſis. *Pallas it.* 2. *p.* 737. *t.* R.

ſuaveolens. 13. A. umbella ſubrotunda ſtaminibus ſubulatis, foliis linearibus canaliculatis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 305. *pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 33.

← tum.

⊢ ⊢ *umbella bulbifera.*

ſativum. 14. A. bulbo compoſito, ſtaminibus tricuſpidatis.

Scorodoprafum. 15. A. ſtaminibus tricuſpidatis, foliis crenulatis: vaginis ancipitibus. *An in duas ſpecies dirimendum?*

arenarium. 16. A. ſpatha mutica, ſtaminibus tricuſpidatis, vaginis teretibus. *Flor. dan. t.* 290.

carinatum. 17. A. ſpatha longiſſima, ſtaminibus ſubulatis. *Hall. all. t.* 2. *f.* 2.

†† *foliis teretibus.*

† *umbella capſulifera.*

Pallaſii. 18. A. caule ſubteretifolio, umbella difformi, ſtaminibus ſimplicibus corollam aequantibus, ſtilo breviſſimo. *Murray comm. Goett.* 1775. *t.* 3.

parviflorum. 19. A. caule ſubteretifolio, umbella globoſa: ſpatha ſubulata, ſtaminibus ſimplicibus corolla longioribus.

pallens. 20. A. caule ſubteretifolio, floribus pendulis truncatis, ſtaminibus ſimplicibus corollam aequantibus. *Column. ecphr.* 2. *t.* 7. *f.* 2.

moſchatum. 21. A. umbella faſtigiata ſubſexflora, petalis acutis, ſtaminibus ſimplicibus, foliis ſetaceis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 166. *f.* 14.

flavum. 22. A. floribus pendulis: petalis ovatis, ſtaminibus corolla longioribus. *Mant. p.* 363. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 141. *an mera moſchati varietas?*

deſertorum. 23. A. ſtaminibus ſubulatis, petalis linea media obſcuriore. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 72. *an diſtincta ſpecies?*

paniculatum. 24. A. caule ſubteretifolio, pedunculis capillaribus effuſis, ſtaminibus ſubulatis, ſpatha longiſſima. *Haller. opuſc. p.* 386. *ic. Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 2. *an diſtinctum ſatis a pallente?*

deſcendens. 25. A. caule ſubteretifolio, pedunculis exterioribus brevioribus, ſtaminibus tricuſpidatis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 160. *f.* 20.

ſphaerocephala. 26. A. ſtaminibus tricuſpidatis corolla longioribus; foliis ſemiteretibus. *Mich. gen. t.* 24. *f.* 2.

†† *umbella bulbifera.*

vineale. 27. A. ſtaminibus tricuſpidatis. *Lob. ic.* 156.

oleraceum. 28. A. ſtaminibus ſimplicibus, foliis ſcabris ſemiteretibus ſubtus ſulcatis. *Hall. all. n.* 26. *f.* 2.

** *fo-*

** *foliis radicalibus, scapo nudo.*

nutans. 29. A. scapo ancipiti, foliis linearibus planis, staminibus tricuspidatis. *Gmel. fl. sib.* 1. *t.* 12.

senescens. 30. A. scapo ancipiti, foliis linearibus subtus convexis laevibus, umbella subrotunda, staminibus subulatis. *Gmel. fl. sib.* 1. *t.* 11. *f.* 2.

angulosum. 31. A. scapo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis subtus subangulatis, umbella fastigiata. *Jacq. fl. austr.* 5. *t.* 423. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 2.

neapolitanum. 50. A. scapo ancipiti, foliis lanceolatis canaliculatis, umbella sparsa. *Cyrill. pl. rar. Neap. fasc.* 1. *t.* 4.

odorum. 32. A. scapo teretiusculo, foliis linearibus canaliculatis subtus angulatis, umbella fastigiata. *Mant. p.* 62.

ascalonicum. 33. A. scapo tereti, foliis subulatis, umbella globosa, staminibus tricuspidatis. *Morif. hist. pl.* 2. *t.* 14. *f.* 3.

nigrum. 34. A. scapo tereti, foliis linearibus, umbella hemisphaerica, petalis erectis, spatha mucronata bifida. *Rudb. elys.* 2. *p.* 160. *f.* 21.

canadense. 35. A. scapo tereti, foliis linearibus, capitulo bulbifero.

multibulbosum. 36. A. scapo tereti, foliis lanceolato-elongatis sessilibus, umbella fastigiata, petalis omnibus patentissimis. *Jacq. fl. austr.* 1. *t.* 10. *an idem cum nigro?*

fistulosum. 37. A. scapo adaequante folia teretia ventricosa. *Regn. bot. t.* 365.

Cepa. 38. A. scapo inferne ventricoso longiore foliis teretibus.

Schoenoprasum. 39. A. scapo adaequante folia teretia subulato-filiformia. *β) Murray comm. Goett.* 1775. *t.* 4.

sibiricum. 40. A. scapo tereti, foliis semicylindricis, staminibus subulatis. *Mant. p.* 562.

narcissiflorum. 41. A. scapo tereti, umbella terminali inclinata, petalis lanceolatis, staminibus simplicibus brevioribus. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 259. *t.* 6.

monspessulanum. 42. A. scapo tereti, umbella fastigiata, petalis linearibus, staminibus subulatis, foliis lanceolatis. *Retz. obs. bot.* 2. *p.* 15. *Gouan. ill. t.* 16.

tenuissimum. 43. A. scapo tereti inani, foliis subulatis filiformibus, capitulis laxis pauciflоris. *Gmel. fl. sib.* 1. *t.* 15. *f.* 2. 3.

altaicum. 44. A. scapo tereti inani, foliis ventricosis sursum attenuatis, capitulis parvis confertissimis. *Pall. it.* 2. *p.* 737. *t.* R.

ornithogaloides. 49. A. scapo tereti umbellifero pauciflоro, foliis subulatis planis. *Walt. flor. carol. p.* 121.

illyricum. 50. A. scapo tereti inferne subangulato, foliis sublinearibus acutis, umbella fastigiata multiflora. *Jacq. coll.* 3. *p.* 273.

gracile. 51. A. scapo tereti longissimo, foliis lincaribus canaliculatis, staminibus subulatis basi connatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 429.

tricoccum. 52. A. scapo semitereti, foliis lanceolato-oblongis planis glabris, umbella globosa, seminibus solitariis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 428.

inodorum. 53. A. scapo subtriquetro, foliis linearibus planis subtus carinatis, umbella fastigiata florifera: staminibus simplicibus. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 427.

Moly. 45. A. scapo subcylindrico, foliis lanceolatis sessilibus, umbella fastigiata. *Swert. flor.* 1. *t.* 60. *f.* 2.

ursinum. 46. A. scapo triquetro, foliis lanceolatis petiolatis, umbella fastigiata. *Fl. dan. t.* 757.

triquetrum. 47. A. scapo foliisque triquetris, staminibus simplicibus. *Sp. pl. p.* 1680. *Rudb. elys.* 2. *p.* 159. *f.* 16.

Chamaemoly. 48. A. scapo subnullo, capsulis cernuis, foliis planis ciliatis. *Rudb. elys.* 2. *p.* 166. *f.* 15.

410. LILIUM. *Cor.* 6petala, campanulata: linea longitudinali nectarifera. *Caps.* valvis pilo cancellato connexis.

* *foliis sparsis.*

candidum. 1. L. corollis intus glabris. *Knorr del. hort.* 1. *t.* L.

bulbiferum. 2. L. corollis erectis intus scabris. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 226.

pomponium. 3. L. foliis subulatis, floribus reflexis: corollis revolutis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* T. 4.

chalcedonicum. 4. L. foliis lanceolatis, floribus reflexis: corollis revolutis. *Jacq. fl. austr.* 5. *app. t.* 20. β) Lilium pyrenaicum. *Gouan. illustr.*

5. L.

Superbum. 5. L. foliis lanceolatis, floribus reflexis ramoso-pyramidatis; corollis revolutis. *Trew. Ehret.* 2. *t.* 11.

japonicum. 6. L. foliis lanceolatis, corollis cernuis subcampanulatis. *Thunb. fl. jap. p.* 133.

Catesbaei. 11. L. caule unifloro, petalis erectis unguiculatis. *Walt. flor. carol. p.* 123.

** *foliis verticillatis.*

Martagon. 7. L. floribus reflexis: corollis revolutis. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 351.

canadense. 8. L. floribus reflexis: corollis revoluto-campanulatis. *Mant. p.* 364. *Catesb. carol.* 3. *t.* 11.

camtschatcense. 9. L. flore erecto: corolla campanulata; petalis sessilibus.

philadelphicum. 10. L. floribus erectis: petalis unguiculatis. *Catesb. Car.* 2. *t.* 58.

411. FRITILLARIA.

Cor. 6petala, aut 6partita, campanulata, supra ungues cavitate nectarifera. *Stamina* longitudine corollae. *Stigma* 3fidum. *Capſ.* supera, 3locularis.

* *corolla 6petala.*

imperialis. 1. Fr. racemo comoso inferne nudo, foliis integerrimis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* K. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 17. *f.* 1.

persica. 2. Fr. racemo nudiusculo, foliis obliquis. *Rudb. elys.* 2. *p.* 183. *f.* 1.

pyrenaica. 3. Fr. foliis infimis oppositis, floribus nonnullis folio interjectis.

Meleagris. 4. Fr. foliis omnibus alternis, caule unifloro. *Jacq. fl. austr.* 5. *app. t.* 32.

** *corolla sexpartita*: Eucomis.

punctata. 5. Fr. maculata, scapo cylindrico elongato laxifloro, foliis ensiformibus canaliculatis. *Herit. sert. angl. p.* 18. *t.* 18.

regia. 6. Fr. scapo cylindrico, coma maxima folioſa, foliis undulatis. *Dill. h. Elth. t.* 93. *f.* 109.

nana. 7. Fr. scapo clavato, floribus confertiſſimis. *Pet. gaz. t.* 85. *f.* 6.

412. UVULARIA. *Cor.* 6petala, erecta. *Nectarii* fovea baſeos petali. *Filamenta* breviſſima.

amplexifolia. 1. U. foliis amplexicaulibus mollibus, caule glabro. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 4. *f.* 11.

hirta. 2. U. foliis amplexicaulibus hirtis, caule villoſo. *Thunb. fl. jap. p.* 136.

lanceolata. 3. U. foliis perfoliatis ovato-lanceolatis acuminatis. *Corn. canad. t.* 41.

perfoliata. 4. U. foliis perfoliatis ovatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *t.* 4. *f.* 12.

ſeſſilifolia. 5. U. foliis ſeſſilibus absque cirrhis.

cirrhoſa. 6. U. foliis ſeſſilibus cirrhoſis. *Thunb. fl. jap. p.* 136.

413. GLORIOSA. *Cor.* 6petala undulata reflexa. *Stilus* obliquus. *Capſ.* ſupera, compoſita, 3loba. *Sem.* baccata.

ſuperba. 1. Gl. foliis cirrhiferis. *Mant. p.* 364. *Pluckn. alm. t.* 116. *f.* 3. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 18. *f.* 1.

ſimplex. 2. Gl. foliis acuminatis. *Mant. p.* 62.

414. ERYTHRONIUM. *Cor.* 6petala, campanulata. *Nectario* tuberculis 2 petalorum alternorum baſi adnatis.

Dens canis. 1. E. foliis oppoſitis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 9.

carolinianum. 2. E. foliis alternis. *Walt. flor. carol. p.* 122.

415.

415. TULIPA. *Cor.* 6petala, campanulata. *Stilus* 0. *Capſ.* ſupera, 3locularis.

ſilveſtris. 1. T. flore ſubnutante, foliis lanceolatis. *Flor. dan. t.* 375.

Gesneriana. 2. T. flore erecto, foliis ovato-lanceolatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* T. T. 1. T. 2. T. 3.

biflora. 3. T. caule ſubtrifloro diphyllo, foliis lineari ſubulatis, floribus erectis planiuſculis. *Suppl. p.* 196. *Falck it.* 2. *t.* 6.

Breyniana. 4. T. caule multifloro polyantho, foliis linearibus. *Breyn. cent. t.* 36.

ENARGEA. *Cor.* 6petala: petalis oblongo-ovatis, concavis, acutis, infra medium maculis 2 viridibus notatis, 3 exterioribus. *Bacca* 3locularis. *Sem.* pauca.

marginata. 1. ENARGEA. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 59. *f.* 3.

416. ALBUCA. *Cor.* infera 6petala: petalis interioribus conniventibus, exterioribus patulis. *Stamina* 6: tribus interdum caſtratis. *Stigma* cinctum cuſpidibus 3.

* *ſtaminibus caſtratis tribus.*

major. 1. A. petalis interioribus apice glandulosis inflexis, foliis lineari-lanceolatis planiuſculis. *Cornut. canad. p.* 160. 161. *ic.*

minor. 2. A. petalis interioribus apice glandulosis inflexis, foliis linearibus ſubulatis canaliculatis. *Herm. parad. Lugdb. p.* 209. *ic.*

ſaltiſſima. 3. A. petalis interioribus apice glandulosis inflexis, foliis ſubulatis canaliculato-convolutis. *Dryand. n. act. Stockh.* 1784. *p.* 293.

coarctata. 4. A. petalis interioribus apice fornicatis, foliis glabris, pedunculis longitudine bractearum. *Dryand. n. act. Stockh.* 1784. *p.* 297.

abyſſinica. 5. A. foliis linearibus canaliculatis glabris. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 1. *t.* 64.

spiralis. 6. A. foliis spiralibus, floribus nutantibus. *Suppl. p.* 196.

** *staminibus omnibus fertilibus.*

fastigiata. 7. A. petalis interioribus apice fornicatis, foliis glabris, pedunculis longissimis. *Dryand. nov. act. Stockh.* 1784. *p.* 297.

viscosa. 8. A. petalis interioribus apice fornicatis, foliis piloso-glandulosis. *Suppl. p.* 196.

417. HYPOXIS. *Cor.* 6partita, persistens, supera. *Cal.* Gluma 2valvis. *Caps.* basi angustior, evalvis, 3locularis.

fascicularis. 1. H. tubis florum longissimis. *Russel. alap. t.* 2.

erecta. 2. H. pilosa, capsulis ovatis. *Pluckn. alm. t.* 350. *f.* 12.

decumbens. 3. H. pilosa, capsulis clavatis. *Mill. dict. t.* 39. *f.* 2.

sessilis. 4. H. pilosa acaulis fructificationibus subradicalibus. *Dill. h. Elth. t.* 220. *f.* 287.

spicata. 5. H. erecta, foliis ensiformibus sulcatis glabris, floribus spicatis. *Thunb. fl. jap. p.* 136.

aquatica. 6. H. foliis linearibus, scapis umbelliferis s. unifloris. *Suppl. p.* 197.

minuta. 7. H. foliis triquetris carnosis glabris, scapis bifidis. *Suppl. p.* 197. *Mant. p.* 225. Helonies minuta.

alba. 8. H. foliis teretibus glabris, scapis subbifidis, petalis immaculatis. *Suppl. p.* 198.

plicata. 9. H. scapo unifloro triquetro, foliis lanceolatis plicatis villosis. *Suppl. p.* 197.

stellata. 10. H. scapo unifloro, foliis linearibus striatis, petalis maculatis. *Suppl. p.* 197.

serrata. 11. H. foliis canaliculatis glabris ciliato-serratis, scapis unifloris. *Suppl. p.* 197.

ovata. 12. H. foliis ovato-lanceolatis integris glabris, scapis uniflo-ris. *Suppl. p.* 197.

13. H.

villosa. 13. H. foliis lineari-ensiformibus villosis, stigmate triplici trigono acuto. *Suppl. p.* 198. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 11. *f.* 6.

violacea. 14. H. floribus racemosis: pedicellis squamatis, germinibus margine sexlobis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 74. *an hujus generis?*

1383. EHRHARTA. *Cor.* infera, glumacea, duplex. *Nectarium* patériforme.

capensis. 1. E. floribus monogynis. *Suppl. p.* 209. *Thunb. act. Stockh.* 1779. *p.* 216. *t.* 8.

panicea. 2. E. floribus digynis corollae gluma exteriori laevi. *Smith pl. ic. ined.* 1. *t.* 9.

Bankfii. 3. E. floribus digynis corollae gluma exteriori exterius hispida. *Smith pl. ic. ined. p.* 9.

418. ORNITHOGALUM. *Cor.* 6petala erecta, persistens, supra medium patens. *Filamenta* alterna basi dilatata. *Capf.* supera, 3locularis.

* *staminibus omnibus integerrimis.*

uniflorum. 1. O. scapo diphyllo, pedunculo unifloro. *Mant. p.* 62. *Laxman nov. act. Petrop.* 18. *t.* 6. *f.* 3.

luteum. 2. O. scapo anguloso diphyllo, pedunculis umbellatis simplicibus. *Flor. dan. t.* 378.

minimum. 3. O. scapo anguloso diphyllo, pedunculis umbellatis ramosis. *Flor. dan. t.* 612.

reticulatum. 4. O. scapo nudo, floribus ternis terminalibus: involucro triphyllo. *Pall. it.* 3. *p.* 727. *t.* D. *f.* 2.

pyrenaicum. 5. O. racemo longissimo, filamentis lanceolatis, pedunculis floriferis patentibus aequalibus, fructiferis scapo approximatis. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 103.

narbonense. 6. O. racemo oblongo, filamentis lanceolatis membranaceis, pedunculis floriferis patentibus. β) Ornithogalum lacteum. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 272. *an varietas pyrenaici?*

latifolium. 7. O. racemo longissimo, bracteis pedunculos aequantibus, foliis lanceolato-ensiformibus. *Suppl. p.* 200.

longibracteatum. 8. O. racemo longissimo, bracteis pedunculis fere duplo longioribus, foliis lanceolato-ensiformibus. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 29.

comosum. 9. O. racemo brevissimo: bracteis lanceolatis longitudine florum, petalis obtusis, filamentis subulatis. *Rudb. elys.* 2. *p.* 135. *f.* 1.

pyramidale. 10. O. racemo conico: floribus numerosis adscendentibus. *Besl. h. Eyst. vern. t.* 14. *f.* 2. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 17. *f.* 3.

conicum. 11. O. racemo conico: floribus erectis numerosis; filamentis alternis basi subauriculatis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 232.

caudatum. 12. O. racemo erecto patentissimo: bracteis pedunculo duplo brevioribus, petalis obtusis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 315.

suaveolens. 13. O. racemo paucifloro, bracteis longitudine pedunculorum, petalis obtusis, filamentis lanceolatis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 316.

tenellum. 14. O. racemo laxo patulo, petalis lanceolatis, filamentis subulatis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 316.

niveum. 34. O. racemo paucifloro, petalis lanceolatis, foliis filiformibus canaliculatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 440.

maculatum. 15. O. racemo paucifloro, petalis lanceolatis, filamentis subulatis, corolla duplo brevioribus. *Jacq. coll.* 2. *p.* 368.

bohemicum. 16. O. floribus axillaribus pedunculatis erectis: staminibus subulatis, caule folioso. *Zauschner Abh. Privatg. Boehm.* 2. 1776. *p.* 121. *an vere distincta species?*

umbellatum. 17. O. floribus corymbosis, pedunculis scapo altioribus. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 343.

flavescens. 18. O. racemo corymboso multifloro: bracteis acutis pedunculis subduplo longioribus, filamentis alternis basi utrinque alatis. *Jacq. collect.* 3. *p.* 233.

miniatum. 19. O. racemis corymbosis: bracteis pedunculo duplo brevioribus, filamentis alternis basi utrinque alatis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 233.

35. O.

Malsonii. 35. O. racemo longissimo, foliis lanceolato-linearibus, corollis patulis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 442.

** *staminibus alternis emarginatis.*

thyrsoides. 20. O. floribus racemosis confertissimis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 28.

arabicum. 21. O. floribus corymbosis, pedunculis scapo humilioribus, filamentis subemarginatis. *Besl. h. Eyst. vern. t.* 12. *f.* 1.

nutans. 22. O. floribus secundis pendulis, nectario stamineo campanulato. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 301.

capense. 23. O. foliis cordato-ovatis. *Commel. h. amst.* 2. *t.* 88.

*** *tribus incertae.*

ciliatum. 24. O. foliis ovatis acutis ciliatis, floribus racemosis. *Suppl. p.* 199.

crenulatum. 25. O. foliis oblongis obtusis ciliatis, floribus racemosis erectis. *Suppl. p.* 198.

altissimum. 26. O. foliis oblongis obtusis glabris, racemo quadrupedali. *Suppl. p.* 199.

pilosum. 27. O. foliis lineari-ensiformibus ciliatis, floribus racemosis: pedunculis incurvis. *Suppl. p.* 199.

circinatum. 28. O. hirsutum, foliis linearibus recurvatis canaliculatis: radicali solitario; caulinis tribus, caule subquadrifloro. *Suppl. p.* 199. *Pallas it.* 3. *t.* D. *f.* 2.

flavum. 29. O. foliis linearibus plano-complicatis, floribus flavis racemosis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 209.

rupestre. 30. O. foliis filiformibus carnosis, scapo paucifloro. *Suppl. p.* 199.

japonicum. 31. O. racemo spicato cylindrico longissimo, scapo striato. *Thunb. fl. jap. p.* 137.

bulbiferum. 32. O. bulbis axillaribus, caule polyphyllo unifloro. *Suppl. p.* 199. *Pallas it.* 2. *t.* Q.

unifolium. 33. O. folio radicali solitario carnoso oblongo, ciliato, scapo nudo, racemo brevi. *Retz. obs. bot.* 1. *p.* 17.

419. SCILLA. *Cor.* 6petala, patens, decidua. *Filamenta* filiformia.

maritima. 1. Sc. nudiflora, bracteis refractis. *Blackw. herb. t.* 591. *β) Seb. muſ.* 1. *t.* 44. *f.* 4. 5.

Lilio-Hyacinthus. 2. Sc. radice ſquamata.

italica. 3. Sc. racemo conico oblongo, petalis laeviſſimis. *Mant. p.* 364. *Beſl. h Eyſt. vern.* 42. *f.* 1.

lusitanica. 4. Sc. racemo oblongo conico, petalis lineatis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 34. *f.* 4.

hyacinthoides. 5. Sc. racemo longiſſimo: floribus ſubverticillatis; pedunculis patentibus. *Suppl. p.* 201.

autumnalis. 6. Sc. foliis filiformibus linearibus, floribus corymboſis: pedunculis nudis adſcendentibus longitudine floris.

peruviana. 7. Sc. corymbo conferto conico. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 37. *f.* 1.

japonica. 8. Sc. florum umbella terminali faſtigiata. *Thunb. fl. jap. p.* 137.

tetraphylla. 9. Sc. acaulis, floribus faſciculatis, foliis quaternis ovato-lanceolatis. *Suppl. p.* 200.

unifolia. 10. Sc. folio teretiuſculo, latere ſubſpicato.

amoena. 11. Sc. floribus lateralibus alternis ſubnutantibus, ſcapo angulato. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 218.

bifolia. 12. Sc. floribus erectiuſculis paucioribus. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 117.

Jacquini. 13. Sc. floribus nutantibus racemoſis, bracteis geminis inaequalibus, petalis alternis anguſtioribus. *Jacq. collect.* 1. *p.* 61.

obtuſifolia. 14. Sc. foliis ovato-oblongis obtuſis, racemo longiſſimo; floribus pedunculo brevioribus. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 149.

antericoides. 15. Sc. racemo longo ſpicato, floribus pedunculos aequantibus baſi bracteatis. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 149.

numidica. 16. Sc. foliis linearibus planis, floribus racemoſis: pedunculis flore longioribus. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 150.

lingulata. 17. Sc. foliis lineari-lingulatis, floribus ſpicatis, bracteis pedunculo longioribus. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 151.

verna. 18. Sc. racemo paucifloro bracteato, corollis campanulatis, foliis radicalibus linearibus canaliculatis, bulbo tunicato. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 445.

420. CYANELLA. *Cor.* 6petala: petalis 3 inferioribus propendentibus. *Stamen* infimum declinatum, longius. *Capſ.* ſupera, 3-locularis.

lutea. 1. C. foliis enſiformibus, ramis erectis. *Suppl. p.* 201.

capenſis. 2. C. foliis undulatis, ramis patentiſſimis. *Suppl. p.* 201. *Jacq. h. Vind* 3. *t.* 35. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 17. *f.* 7.

alba. 3. C. foliis lineari-filiformibus. *Suppl. p.* 201.

PUYA. *Cor.* infera, 6petala inaequalis: petalis 3 majoribus fornicatis. *Cal.* et *Stil.* 0. *Capſ.* 3locularis.

chilenſis. 1. Puya. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 136.

421. ASPHODELUS. *Cor.* 6partita. *Filamenta* baſi dilatata. *Theca* baccans ſupera, 3locularis.

luteus. 1. A. caule folioſo, foliis triquetris ſtriatis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 77.

ramoſus. 2. A. caule nudo, foliis enſiformibus carinatis laevibus. *Murray comm. Goett.* 1776. *p.* 37. *t.* 7.

fiſtuloſus. 3. A. caule nudo, foliis ſtrictis ſubulatis ſtriatis ſubfiſtuloſis. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 17. *f.* 6.

altaicus. 4. A. ſcapo nudo ſimpliciſſimo, foliis triquetro-carinatis laevibus. *Pallas act. petrop.* 1779. 2. *p.* 258. *t.* 10.

liburnicus. 5. A. foliis ſetaceis. *Scop. fl. carn. t.* 12.

422. ANTHERICUM. *Cor.* 6petala, patens. *Capſ.* oblonga, ſupera, 3locularis.

* *capſula ſexangulari.*

ossifragum. 1. A. foliis enſiformibus, filamentis lanatis. *Flor. dan. t.* 42.

** *capſula ovata.*

⊢ *foliis enſiformibus*, Narthecia.

caliculatum. 2. A. perianthiis trilobis, filamentis glabris, floribus trigynis. *Flor. dan. t.* 36. *an diſtincti generis?*

japonicum. 3. A. foliis convolutis glabris: ſcapo ramoſo angulato, foliis racemoſis cernuis. *Thunb. fl. jap. p.* 138.

contortum. 4. A. foliis planis, caule ramoſo, floribus remotiſſimis. *Suppl. p.* 202.

falcatum. 5. A. foliis carnoſis falcatis glabris, caule ramoſo racemoſo. *Suppl. p.* 202.

ciliatum. 6. A. foliis carnoſo-ſubtriquetris ciliatis, ſcapo ſimplici, racemo longiſſimo. *Suppl. p.* 202.

Cauda felis. 7. A. foliis canaliculato-enſiformibus, ſcapo ſimplici, racemo oblongo. *Suppl. p.* 202.

ſubtrigynum. 30. A. foliis canaliculato-enſiformibus caule erecto breviori-bus, floribus racemoſis terminalibus erectis ſubtrigynis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 273.

latifolium. 8. A. foliis carnoſis lato-enſiformibus glabris, racemo longiſſimo, caule ſimplici. *Suppl. p.* 202. *Jacq. coll.* 3. *p.* 249.

Adenanthera. 9. A. foliis lineari-enſiformibus baſi connatis, glandula inter filamentum et antheram. *Forſt. fl. auſtr. p.* 24.

⊢⊢ *foliis carnoſis*, Bulbine.

fruteſcens. 10. A. foliis teretibus, caule fruticoſo. *Dill. h. Elth. t.* 231. *f.* 298. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 1.

filiforme. 31. A. foliis filiformibus teretiuſculis ſcabridis, filamentis glabris, petalis lanceolatis. *Ait. hort. Kew. 1. p.* 451.

alooides. 11. A. foliis ſubulatis planiuſculis. *Dill. elth. t.* 232. *f.* 300.

aſphodeloides. 12. A. foliis ſubulatis ſemiteretibus ſtrictis. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 181.

13. A.

annuum. 13. A. foliis ſubulatis teretiuſculis, ſcapo ſubracemoſo.

flexifolium. 14. A. foliis ſubulatis glabris flexuoſis, caule ramoſo. *Suppl. p.* 201.

muricatum. 15. A. foliis compreſſis muricatis ſtriatis. *Suppl. p.* 202.

hiſpidum. 16. A. foliis compreſſis hiſpidis.

⊢⊢⊢ *foliis triquetris.*

ſcabrum. 17. A. foliis ſerrulatis, caule ramoſo ſcabro, pedunculis fructiferis recurvis. *Suppl. p.* 202.

triquetrum. 18. A. foliis filiformibus ſcapo ſimplici brevioribus, racemo ovato. *Suppl. p.* 202.

revolutum. 19. A. foliis ſcabris, ſcapo ramoſo, corollis revolutis. *Commel. h. Amſt.* 1. *t.* 34.

⊢⊢⊢⊢ *foliis planis.*

† *filamentis glabris.*

ſerotinum. 20. A. foliis planiuſculis, ſcapo unifloro. *Mant. p.* 365. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 38.

Liliaſtrum. 21. A. ſcapo ſimpliciſſimo, corollis campanulatis, ſtaminibus declinatis. *Kniph. bot. orig. cent.* 7. *n.* 30.

Liliago. 22. A. ſcapo ſimpliciſſimo corollis planis, piſtillo declinato. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 83. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 1.

graecum. 23. A. ſcapo ſimplici, floribus corymboſis. *Mant. p.* 365.

floribundum. 32. A. foliis glabris lineari-lanceolatis acutis, ſcapo ſimplici, racemo multifloro cylindrico compacto. *Ait. hort. Kew. p.* 447.

ramoſum. 24. A. ſcapo ramoſo, corollis planis, piſtillo recto. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 161.

†† *filamentis lanatis.*

planifolium. 25. A. ſcapo lanato. *Mant. p.* 224.

cirratum. 26. A. ſcapo paniculato, foliis lanceolatis, filamentis bicirratis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 24.

⊢⊢⊢⊢⊢ *foliis nullis.*

ſquameum. 27. A. ſcapo ſquamis membranaceis tumidis imbricato, foliis radicalibus gramineis. *Suppl. p.* 202.

28. A.

spirale. 28. A. scapo spirali. *Mant. p.* 224.

aphyllum. 29. A. radice bulbosa. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 209.

423. LEONTICE. *Cor.* (utplurimum) 6petala. *Nectarium* 6phyllum, unguibus corollae insidens, limbo patens. *Cal.* 6phyllus, deciduus.

Chrysogonum. 1. L. foliis pinnatis: petiolo communi simplici. *Morif. hist. pl.* 2. *t.* 5. *f.* 3.

Leontopetalon. 2. L. foliis decompositis: petiolo communi trifido. *Morif. hist. pl.* 2. *t.* 15. *f.* 6.

thalictroides. 3. L. folio caulino triternato: florali biternato.

altaica. 4. L. foliis ternis quinatis: radicalibus terno-quinatis, racemo laxo sessili. *Pallas act. Petrop.* 1779. 2. *p.* 257. *t.* 9. *f.* 1-3.

leontopetaloides. 6. L. foliis simplicibus tripartito-multifidis, corollis monopetalis caliculatis. *Amm. act.* 8. *t.* 113. *an hujus generis?*

vesicaria. 5. L. radice tuberosa; foliis ternatis: foliolis lobatis, capsulis inflatis. *Pallas it.* 3. *p.* 726. *t.* 5. *f.* 3. *act. Petrop.* 1779. 2. *t.* 9. *f.* 4.

POLLIA. *Cor.* 6petala: petalis 3exterioribus majoribus concavis, 3interioribus inflexis. *Bacca* polysperma.

japonica. 1. POLLIA. *Thunb. fl. jap. p.* 138.

CALLIXENE. *Cor.* 6partita aequalis, laciniis alternis basi 2glandulosis. *Stigma* 3gonum. *Bacca* 3locularis: loculis saepe 3spermis.

magellanica. 1. CALLIXENE. *Jussieu gen. plant. p.* 41.

424.

424. ASPARAGUS. *Cor.* 6partita erecta: petalis 3-interioribus apice reflexis. *Bacca* supera 3locularis. *Semina* bina.

officinalis. 1. A. caule herbaceo tereti erecto, foliis setaceis, stipulis paribus, floribus saepius dioicis. *Flor. dan. t.* 805. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 5.

declinatus. 2. A. caule inermi tereti, ramis declinatis, foliis setaceis.

stipularis. 3. A. foliis simplicibus subulatis stipularumque basi mucronatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 72.

acutifolius. 4. A. caule inermi angulato-fruticoso, foliis aciformibus rigidulis perennantibus mucronatis aequalibus.

aphyllus. 5. A. caule inermi angulato fruticoso, foliis subulatis striatis inaequalibus divergentibus. *Sabbat. h. rom.* 4. *t.* 53.

verticillaris. 6. A. foliis verticillatis. *Buxb. cent.* 5. *app. t.* 37.

albus. 7. A. aculeis solitariis, ramis angulatis flexuosis, foliis fasciculatis triquetris muticis deciduis.

retrofractus. 8. A. aculeis solitariis, ramis teretibus reflexis retrofractisque, foliis setaceis fasciculatis. *Pluckn. amalth. t.* 375. *f.* 3.

asiaticus. 9. A. aculeis solitariis, caule erecto, ramis filiformibus, foliis fasciculatis setaceis. *Pluckn. alm. t.* 14. *f.* 4.

aethiopicus. 10. A. aculeis solitariis reversis, ramis angulatis, foliis lanceolato-linearibus. *Mant. p.* 63.

falcatus. 11. A. aculeis solitariis reversis, ramis teretibus, foliis ensiformibus falcatis. *Burm. zeyl. t.* 13. *f.* 2.

horridus. 12. A. aphyllus fruticosus pentagonus, aculeis tetragonis compressis striatis.

capensis. 13. A. spinis quaternis, ramis aggregatis teretibus, foliis setaceis. *Pluckn. alm. t.* 78. *f.* 3.

sarmentosus. 14. A. foliis solitariis lineari-lanceolatis, caule flexuoso, aculeis recurvis. *Herm. par. lugdb. t.* 650.

1256. DRACAENA. *Cor.* 6partita, erecta. *Filamenta* medio subcrassiora. *Bacca* 3locularis, 1sperma, supera.

Draco. 1. Dr. arborea, foliis subcarnosis apice spinosis. *Blackw. herb. t.* 358.

ferrea. 2. Dr. arborea, foliis lanceolatis acutis. *Syst. nat.* X. *p.* 984. Convallaria fruticosa.

indivisa. 3. Dr. arborea, foliis ensiformibus acutis, racemo composito. *Forster. pl. escul. p.* 33. *et fl. austr. p.* 24.

australis. 4. Dr. arborea, foliis ensiformibus acutis, racemo terminali erecto supradecomposito. *Forst. fl. austr. p.* 24.

marginata. 5. Dr. fruticosa, foliis dentato-spinosis, racemis axillaribus, baccis polyspermis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 454.

striata. 6. Dr. frutescens caulescens erecta, foliis lanceolatis oblique falcatis strictis, caule flexuoso. *Suppl. p.* 204.

terminalis. 7. Dr. caulescens, foliis lanceolatis, racemo terminali decomposito. *Sp. pl.* 450. Asparagus terminalis. *Rumpf amb.* 4. *t.* 34.

borealis. 8. Dr. herbacea subcaulescens, foliis ellipticis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 454. *t.* 6.

erecta. 9. Dr. herbacea caulescens erecta, foliis lanceolato-subulatis sessilibus. *Suppl. p.* 204.

undulata. 10. Dr. herbacea caulescens erecta, foliis ovato-acutis multinerviis, floribus axillaribus pedunculatis. *Suppl. p.* 203.

ensifolia. 11. Dr. herbacea subcaulescens, foliis ensiformibus. *Mant. p.* 63. *Rumpf amb.* 5. *t.* 73. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 4.

medeoloides. 12. Dr. herbacea volubilis, foliis ovatis nervosis. *Suppl. p.* 203. *an eadem cum medeola asparagoide?*

volubilis. 13. Dr. herbacea volubilis, foliis lanceolatis. *Suppl. p.* 204.

graminifolia. 14. Dr. herbacea acaulis, foliis linearibus. *Spec. pl. p.* 450. Asparagus graminifolius.

425. CONVALLARIA. *Cor.* 6fida. *Bacca* 3locularis ſupera: *Semina* bina.

* *corollis campanulatis*, Lilium convallium.

majalis. 1. C. ſcapo nudo, floribus ſpicatis nutantibus. *Fl. dan. t.* 854. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 6.

japonica. 2. C. ſcapo nudo ancipiti, racemo cernuo. *Suppl. p.* 204. *Thunb. fl. jap. p.* 139.

ſpicata. 3. C. ſcapo nudo ſtriato, racemo ſpicato, floribus aggregatis. *Tunb. fl. jap. p.* 141.

** *corollis infundibuliformibus*, Polygonatum.

verticillata. 4. C. foliis verticillatis. *Flor. dan. t.* 86.

multiflora. 5. C. foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris. *Flor. dan. t.* 152.

Polygonatum. 6. C. foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus ſubunifloris. *Flor. dan. t.* 377.

latifolia. 7. C. foliis alternis amplexicaulibus acuminatis, caule angulato, pedunculis axillaribus multifloris. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 232.

biflora. 8. C. foliis ſemiamplexicaulibus alternis, caule tereti, pedunculis axillaribus bifloris ſolitariis. *Walt. flor. carol. p.* 122.

** *corollis rotatis.* Smilax.

racemoſa. 9. C. foliis ſeſſilibus, racemo terminali compoſito. *Pluckn. alm. t.* 311. *f.* 2.

ſtellata. 10. C. foliis amplexicaulibus plurimis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 4. *f.* 7.

trifolia. 11. C. foliis amplexicaulibus ternis, racemo terminali ſimplici. *Gmel. flor. ſib.* 1. *t.* 6.

426. POLYANTHES. *Cor.* infundibuliformis, incurva, aequalis. *Filamenta* corollae fauci inſerta. *Germen* in fundo corollae.

tuberoſa. 1. Polyanthes. *Knorr del. hort.* 1. *t.* T. 12.

ARGO.

ARGOLASIA. *Cor.* supera, exterius hirsuta, 6fida, aequalis. *Antherae* basi 2fidae. *Caps.* hirsuta, 3locularis: loculis 2-3spermis.

capensis. 1. ARGOLASIA. *Jussieu gen. plant. p.* 60.

427. HYACINTHUS. *Cor.* campanulata: Pori 3-melliferi germinis.

non scriptus. 1. H. corollis campanulatis sexpartitis, apice revolutis. *Bull. herb. Franc. t.* 353.

cernuus. 2. H. corollis campanulatis sexpartitis, racemo cernuo.

revolutus. 3. H. corollis campanulatis sexpartitis revolutis, foliis oblongis undulatis. *Suppl. p.* 204.

romanus. 4. H. corollis campanulatis semisexfidis racemosis, staminibus membranaceis. *Mant. p.* 224.

amethystinus. 5. H. corollis campanulatis semisexfidis basi cylindricis. *Rudb. elys. 2. p. 27. f. 8.*

viridis. 6. H. corollarum exterioribus laciniis subulatis longissimis. *Murray comm. Goett.* 1781. *t.* 5. *an Lachenaliae adscribendus?*

serotinus. 7. H. petalis exterioribus subdistinctis: interioribus coadunatis. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 1. *t.* 12. *f.* 4.

corymbosus. 8. H. corollis infundibuliformibus corymbosis erectis, scapo foliis breviore. *Mant. p.* 223. *Jacq. collect.* 3. *t.* 19. *f.* 2.

orientalis. 9. H. corollis infundibuliformibus semisexfidis: basi ventricosis. *Kniph. bot. orig. cent.* 1. *n.* 43.

Muscari. 10. H. corollis ovatis: omnibus aequalibus. *Kniph. bot. orig. cent.* 10. *n.* 52.

convallarioides. 11. H. corollis ovatis pendulis, scapo capillari. *Suppl. p.* 204.

racemosus. 12. H. corollis ovatis: summis sessilibus, foliis laxis. *Mant. p.* 367. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 187.

monstrosus. 13. H. corollis subovatis. *Col. ecphr.* 2. *t.* 12.

botryoides. 14. H. corollis globosis uniformibus, foliis canaliculato-cylindricis strictis. *Mant. p.* 366. *Lob. ic.* 108.

15. H.

comosus. 15. H. corollis angulato-cylindricis: summis sterilibus longius pedicellatis. *Mant. p.* 366. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 126.

lanatus. 16. H. corollis lanatis caule ramoso. *utrum hujus generis? an distincti?*

1382. PHORMIUM. *Cor.* infundibuliformis, 6partita: tubi fundo urceolato. *Capſ.* ſupera, 3locularis. *Sem.* bracteata.

tenax. 1. Ph. caule folioſo. *Suppl. p.* 204. *Cook it.* 2. *t.* 96. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 18. *f.* 3.

bulbiferum. 2. Ph. ſcapo racemoſo ſimplici: floribus nutantibus. *Cyrill. pl. rar. Neap. faſc.* 1. *t.* 12.

TUNATEA. *Cal.* turbinatus, perſiſtens, 4partitus. *Cor.* -- *Filamenta* declinata. *Stil.* brevis, incurvus. *Capſ.* ovata, utrinque ſulcata, 2valvis, 1locularis, 1ſperma.

CA-

CARAIPA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* - - - *Capſ.* ſubtrigona, 3valvis, 3locularis: *loculis* 1-ſpermis.

† *corolla monopetala.*

POSSIRA. *Cal.* 4phyllus. *Petal.* 1. laterale. *Legumen* 1loculare 2valve.

CIPONIMA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* tubuloſa, 5partita. *Drupa* 1locularis: Nux 4locularis: loculis 1ſpermis.

1397. TERNSTROEMIA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* 5partita, arceolata. *Bacca* ſicca, 2locularis: *Semina* ſubo&tona.

1398. ALSTONIA. *Cal.* imbricatus. *Cor.* 8-10partita: laciniis alternatis.

THOTTEA. *Cal.* o. *Cor.* ſupera, margine 3loba. *Nectar.* in diſco floris, cui ſtamina adnata. *Stil.* o. *Stigm.* perforatum.

NECTANDRA. *Cal.* o. *Cor.* 6partita. *Nectarium* ſquamis 9. *Filamenta* 36 per 9 quaterniones ad ſquamas nectarii diſtributa.

640. MARCYRAVIA. *Cal.* 6phyllus, imbricatus. *Cor.* clauſa. *Bacca* multilocularis, multivalvis.

CUBLANDIA. *Cal. tubuloſus* 4dentatus. *Cor.* 4fida: tubo oblongo. *Filamenta* 25 baſi coadunata. *Legumen* nodoſum.

1158. MIMOSA. *Flores* mere maſculi reliquis interſiti. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5fida. *Stamina* 5-100. *Legumen.*

PARALEA. *Cal.* 4dentatus. *Cor.* 4partita carnoſa: tubo 4gono. *Peric.* - - -

MADHUCA. *Cal.* ſemiquadrifid. ſuperne imbricatus. *Cor.* tubo inflato, ſquamis 9 imbricatis intus au&a. *Antherae* ſeſſiles. *Drupa* 2-3locularis: loculis 1ſpermis.

1228. CARYOTA. *Flores* monoici. *Cal.* communis. *Cor.* 3-partita.
♀. *Bacca* 2ſperma.

corolla bivalvi.

PARIANA. *Flores* monoici. *Cal.* Gluma 1flora, 2valvis.
♂. *Filamenta* circiter 40.
♀. *Germen* ovato-trigonum. *Stigm.* 2-villoſa. *Sem.* 1. 3gonum.

TTTT *corolla tripetala.*

1313. TRILIX. *Cal.* 3phyllus. *Capſ.* 5locularis, polyſperma.
DOLIOCARPUS. *Cal.* 5phyllus, perſiſtens. *Bacca* globoſa, 1locularis, 2ſperma, ſtilo coronata.

TTTTT *corolla tetrapetala.*

STERBECKIA. *Cal.* 3-5phyllus. *Cor.* 3-5petala. *Capſ.* 1locularis, polyſperma.
641. RHEEDIA. *Cal.* 0. *Bacca* 3ſperma.
659. GRIAS. *Cal.* 4fidus. *Drupa* 1ſperma: *Nucleus* 8ſulcatus.
TOVOMITA. *Cal.* 2phyllus. *Germen* 4ſulcatum. *Stigm.* 4ſubrotunda.
656. MAMMEA. *Cal.* 2phyllus. *Bacca* 1locularis: *Semina* celloſa.
648. PAPAVER. *Cal.* 2phyllus. *Capſ.* 1locularis, coronata.
647. CHELIDONIUM. *Cal.* 2phyllus. *Siliqua.*
643. CAPPARIS. *Cal.* 4phyllus. *Bacca* pedicellata, corticoſa.
644. ACTAEA. *Cal.* 4phyllus. *Bacca* 1locularis: *Semina* gemino ordine.
650. CAMBOGIA. *Cal.* 4phyllus. *Pomum* 8angulare, 1loculare: *Semina* ſolitaria vel 2.
GREGGIA. *Cal.* 4partitus. *Cor.* 4petala. *Bacca* 1locularis, 1ſperma.
658. CALOPHYLLUM. *Cal.* 4phyllus. *Drupa* globoſa: *Nucleus* ſubgloboſus.
1400. SPARRMANNIA. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* angulata, 5locularis, echinata.
1401. VALLEA. *Cal.* 4-5phyllus. *Cor.* 4-5petala. *Capſ.* 2locularis, polyſperma.
STALAGMITIS. *Flores* mere maſculi interſiti. *Cal.* 4-6-phyllus. *Cor.* 4-6petala.
☿. *Stil.* perſiſtens. *Stigm.* lobatum. *Bacca* globoſa.
TIGAREA. *Flores* dioici. *Cal.* 4-5partitus.
♀. *Filam.* plurima, ſterilia. *Capſ.* ſubrotunda, 2valvis, 1locularis, 1ſperma.

** *Crataecea Marmelos.*

TTTTTT *corolla pentapetala.*

1286. LOOSA. *Capſ.* ſemiinfera, 1locularis, ſemitrivalvis, polyſperma.
670. MENZELIA. *Capſ.* infera, 1locularis, 3valvis, ſubhexaſperma.

666.

666. VATERIA. *Capſ.* 1locularis, 3valvis, 1ſperma.
673. CISTUS. *Capſ.* ſubrotunda. *Cal.* 5phyllus, foliolis 2 minoribus.
675. CORCHORUS. *Capſ.* ſubquinquelocularis. *Cal.* 5phyllus, deciduus, longitudine corollae.
652. SARRACENIA. *Capſ.* 5locularis. *Stigma* clypeatum. *Cal.* inferior 3phyllus, ſuperior 5phyllus.
660. TILIA. *Capſ.* 5locularis coriacea, 1ſperma. *Cal.* deciduus.
BONNETIA. *Capſ.* 3locularis, polyſperma. *Cal.* 5partitus. *Stigma* 3lobum.
CLEYERA. *Capſ.* 2locularis.
ORYGIA. *Capſ.* 1locularis, 3valvis, polyſperma, ſupera.
MARILA. *Capſ.* 4locularis, polyſperma. *Stigma* ſimplex. *Cal.* 5phyllus.
LEGNOTIS. *Capſ.* 3locularis. *Petala* lacera, receptaculo inſerta. *Cal.* 5fidus.
MYRODENDRUM. *Peric.* 5loculare: *Sem.* ſolitaria. *Cor.* patens, *calice* 5dentato major.
LEMNISCIA. *Pericarp.* 5loculare: *Sem.* ſolitaria. *Petala* linearia, recurva. *Nectar.* cyathiforme. *Cal.* 5dentatus.
ASCIUM. *Bacca?* 1locularis, polyſperma. *Petala* receptaculo inſerta. *Cal.* 5phyllus.
DUGORTIA. *Drupa* nuce 2locularí: loculis 1ſpermis. *Cal.* 5partitus.
663. ELAEOCARPUS. *Drupa* nucleo criſpo. *Petala* lacera.
MALLOCOCCA. *Drupa?* 4locularis, 4cocca: nucleis ovatis. *Cal.* 4phyllus, corolla triplo longior.
FRANKLINA. *Nux* 5locularis: loculis polyſpermis. *Cal.* 5dentatus.
651. MUNTINGIA. *Bacca* 5locularis, umbilicata. *Cal.* 5partitus.
1026. GREWIA. *Bacca* 4locularis. *Petala* baſi ſquama nectarifera. *Cal.* 5phyllus.
EROTEUM. *Bacca* 3locularis, exſucca polyſperma. *Stil.* 3fidus. *Cal.* 5phyllus.
SORAMIA. *Bacca* 1locularis. *Cal.* 5partitus, coloratus. *Germen* orbiculatum. *Stigma* capitatum.
CHADARA. *Drupa*. *Cal.* 5phyllus.

* *Delphinium Conſolida, Ajacis, Aconiti.*

†††††† *corolla hexapetala.*

667. LAGERSTROEMIA. *Cal.* 6fidus. *Stamina* 6 exteriora majora. *Cor.* crispa.

649. ARGEMONE. *Cal.* 3phyllus. *Capſ.* 1locularis, ſemivalvis.

664. LECYTHIS. *Cal.* 6phyllus. *Stamina* nectario lingulato connata. *Capſ.* circumſciſſa.

1154. CLUSIA. *Flores* mere maſculi hermaphroditis interſiti. *Cal.* 4-6phyllus: foliolis oppoſitis imbricatis. *Nectarium* exantheris coalitis germen includens. *Capſ.* 5locularis, 5valvis, pulpa farcta.

668. THEA. *Cal.* 5-6partitus. *Petala* 6 *vel* 9. *Capſ.* 3locularis. *Sem.* ſolitaria.

ADAMBEA. *Cal.* hemiſphaericus 5-7partitus. *Cor.* 5-7petala. *Capſ.* carnoſa, calice tecta, 5-7locularis.

††††††† *corolla octopetala.*

645. SANGUINARIA. *Cal.* 2phyllus. *Capſ.* 2valvis, polyſperma.

MAYNA. *Flores* dioici. *Cal.* 3partitus.

WEBERA. *Cal.* turbinatus, ſuperus 4-5partitus deciduus. *Petala* 8-9 fimbriata. *Stigma* capitatum, 13ſtriatum. *Bacca* turbinata, 8-9locularis polyſperma.

†††††††† *corolla enneapetala.*

646. PODOPHYLLUM. *Cal.* 3phyllus. *Bacca* 1locularis, coronata.

FORSYTHIA. *Cal.* 9phyllus. *Capſ.* 1locularis, polyſperma, turbinata, ſtigmate coronata.

* *Thea.*

††††††††† *corolla decapetala.*

654. BIXA. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* duplex. *Capſ.* 2valvis, polyſperma.

AUBLETIA. *Cal.* 5partitus. *Capſ.* echinata, 10locularis: loculis polyſpermis.

†††††††††† *corolla polypetala.*

653. NYMPHAEA. *Bacca* multilocularis, corticoſa. *Cal.* magnus.

ONCOBA. *Bacca* 1locularis, polyſperma. *Cal.* 1-phyllus, perſiſtens.

1335. CHRYSITRIX. *Flores* in altera planta mere masculi. *Gluma* 2valvis. *Cor.* ex paleis numerosis, setaceis. *Stamina* intra singulas paleas singula.

1075. PLANTANUS. *Flores* monoici. *Amentum* globosum.
♂. *Cor.* vix manifesta. *Antherae* filamentum circumnatae.
♀. *Stigma* recurvum. *Sem.* subrotunda. stilo mucronata, basi papposa.

DIGYNIA.

* *staminibus calici insertis*, caliciflorae.

LUCUMA. *Cal.* 4fidus, duplicatus. *Cor.* o. *Drupa* 1-2sperma.

CRATAEGUS. *Cal.* superus, 5fidus. *Cor.* 5petala. *Bacca* 2sperma.

** *staminibus receptaculo insertis*, fructiflorae.

1133. CLIFFORTIA. *Flores* dioici. *Cal.* 3phyllus, superus. *Cor.* o.
♀. *Capf.* 2locularis. *Sem.* 1.

1069. POTERIUM. *Flores* monoici. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4-partita.
♀. *Bacca* e tubo corollae indurato.

1076. LIQUIDAMBAR. *Flores* monoici. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* o.
♀. *Capf.* multae in globum, 2valves, polyspermae.

1346. FOTHERGILLA. *Cal.* integerrimus. *Cor.* o. *Capf.* 2locularis. *Sem.* bina.

680. CALLIGONUM. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Pericarpium* echinato-uncinatum.

679. CURATELLA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 4petala. *Capf.* 2partita, 2sperma.

678. PAEONIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Capf.* polysperma. *Semina* colorata.

TEMUS. *Cal.* 3fidus. *Cor.* 18petala. *Bacca* 2cocca.

TRICHOCARPUS. *Cal.* persistens, 4-5partitus. *Cor.* o. *Stili* 2fidi. *Capf.* setosa, 1locularis, 4-valvis, polysperma.

LACIS. *Cal.* o. *Cor.* o. *Recept.* spinis 12 cinctum. *Capf.* ovata, 8striata, 1locularis, 2valvis, polysperma.

TRIGYNIA.

* *ſtaminibus calici inſertis:* Caliciflorae.

623. SORBUS. *Cal.* ſuperus, 5fidus. *Cor.* 5petala. *Baeca* 3ſperma.

424. SESUVIUM. *Cal.* inferus, 5fidus. *Cor.* 0. *Capſ.* 3locularis, circumſciſſa.

* *Crataegus coccinea, rotundifolia.*

** *ſtaminibus receptaculo inſertis,* Fructiflorae.

CURYANDRA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 3petala. *Antherae* 2dymae. *Folliculi* 3ovati, divaricati.

1156. BEGONIA. *Flores* monoici. *Cor.* 4petala: petalis cordatis: oppoſitis obcordatis. *Cal.* 0. ♀. *Stili* 2fidi. *Capſ.* infera, 3angularis, inaequalis, 3locularis, polyſperma.

HOMALIUM. *Cal.* 6-7partitus. *Cor.* 6-7petala. *Stamina* 21terna. *Capſ.* 1locularis polyſperma.

TATTIA. *Cal.* 6fidus. *Cor.* 6petala villoſa. *Stigm.* obtuſa. *Pericarp.* - - -

MARSCHALLIA. *Cal.* 6-7dentatus. *Glandul.* 7. inter petala. *Stil.* 0. *Stigm.* 3-4acuta. *Capſ.* lignoſa, 1locularis, polyſperma.

681. DELPHINIUM. *Cal.* 0. *Cor.* 5petala: ſupremo coronato. *Nectarium* 2fidum, ſeſſile.

682. ACONITUM. *Cal.* 0. *Cor.* 5petala: ſupremo galeato. *Nectaria* 2 pedicellata.

CONAMI. *Flores* dioici. *Cor.* 0. *Cal.* 6partitus. *Capſ.* 6locularis.

* *Reſeda Luteola. Conhorus. Thea viridis.*

TETRAGYNIA.

PERA. *Flores* dioici. *Cor.* 1petala, dependens, ſemigloboſo-concava. ♀. *Capſula* ſubtrigona, 3locularis, 3valvis: valvis 2fidis. *Sem.* ſolitaria.

1282. CIMICIFUGA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* nectariis 4 urceolatis. *Capſ.* 4. *Semina* ſquamoſa.

ASSA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 0. *Capſ.* 4 2valves.

UBIUM.

UBIUM. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala. *Capſ.* compreſſae, polyſpermae.

683. TETRACERA. *Cal.* 6phyllus. *Capſ.* 4 1ſpermae.

LUDIA. *Cal.* 5-7lobus, inferus. *Stilus* apice 3-4fidus. *Stigm.* 3-4 2dyma. *Bacca* ſicca, globoſa, 1locularis, polyſperma.

1314. CARYOCAR. *Cal.* 5partitus. *Cor.* 5petala. *Drupa* nucleis 4.

RHIZOBOLUS. *Cal.* ſemiquinquefidus. *Cor.* 5petala. *Drupae* 4 reniformes, 1loculares, 1ſpermae: Nux reniformis; *nuclei* ſolitarii.

* *Wintera aromatica. Membryanthemum geniculiflorum, noctiflorum. Elaeocarpus Dicera. Crataegus lucida, Crus Galli.*

PENTAGYNIA.

* *ſtaminibus calici inſertis*, Caliciflorae.

627. TETRAGONIA. *Cal.* ſuperus, 4-5phyllus. *Cor.* 0. *Drupa* 4alata: *Sem.* 1. 4loculare: *Nuclei* oblongi.

625. MESPILUS. *Cal.* ſuperus, 5fidus. *Cor.* 5petala. *Bacca* 5ſperma.

626. PYRUS. *Cal.* ſuperus, 5fidus. *Cor.* 5petala. *Pomum* 5loculare, polyſpermum.

628. MESEMBRYANTHEMUM. *Cal.* ſuperus, 5fidus. *Cor.* multifida. *Capſ.* ramoſa, locularis, polyſperma.

629. AIZOON. *Cal.* inferus, 5fidus. *Cor.* 0. *Capſ.* 5locularis, polyſperma.

630. SPIRAEA. *Cal.* inferus, 5fidus. *Cor.* 5petala. *Capſ.* plures congeſtae.

* *Crataegus*, *Crus Galli.*

** *ſtaminibus receptaculo inſertis*, Fructiflorae.

684. AQUILEGIA. *Cal.* 0. *Cor.* 5petala. *Nectaria* 5 inferne cornuta.

685. NIGELLA. *Cal.* 0. *Cor.* 5petala. *Nectaria* 8 ſuperne 2labiata.

686. REAUMURIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala: *nectariis* 10 adnatis, ciliatis. *Capſ.* 5locularis, polyſperma.

WOR-

WORMIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Nectar.* annulare germen cingens.

1402. BRATHYS. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Nectarium* 0. *Capſ.* 1locularis, polyſperma.

* *Aconitum Anthora, variegatum. Helicteres carthagenenſis. Orygia decumbens.*

HEXAGYNIA.

687. STRATIOTES. *Cal.* 3partitus. *Cor.* 3petala. *Bacca* 6locularis intra ſpatham.

HEPTAGYNIA.

FLACOURTIA. *Flores* dioici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 5partitus. *Stamina* innumera calici immerſa.
♀. *Cal.* polyphyllus. *Germ.* ſuperum. *Stili* 7-9. *Bacca* multilocularis.

OCTOGYNIA.

1403. WINTERA. *Cal.* 3lobus. *Petala* 6 vel 12. *Germina* clavata. *Stilus* 0. *Bacca* clavata.

* *Flacourtia. Meſembryanthemum calamiforme.*

ENNEAGYNIA.

* *Flacourtia.*

DECAGYNIA.

BRASENIA. *Cal.* perſiſtens, 6partitus inaequalis. *Cor.* 0. *Germina* et *capſulae* 5-10 evalves, 1loculares, 2-3ſpermae.

POLYGYNIA.

* *ſtaminibus calici inſertis*, Calicifloraе.

631. ROSA. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5petala. *Cal.* baccatus, polyſpermus.

632.

632. RUBUS. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5petala. *Bacca* compoſita.

635. TORMENTILLA. *Cal.* 8fidus. *Cor.* 4petala. *Semina* 8 mutica.

637. DRYAS. *Cal.* 5-10fidus. *Cor.* 5-8petala. *Sem.* plurima: ariſta lanata.

633. FRAGARIA. *Cal.* 10fidus. *Cor.* 5petala. *Sem.* plurima, ſupra receptaculum baccatum decidua.

634. POTENTILLA. *Cal.* 10fidus. *Cor.* 5petala. *Sem.* plurima, mutica.

636. GEUM. *Cal.* 10fidus. *Cor.* 5petala. *Sem.* plurima: ariſta geniculata.

638. COMARUM. *Cal.* 10fidus. *Cor.* 5petala. *Semina* plurima ſupra receptaculum carnoſum perſiſtens.

639. CALYCANTHUS. *Cal.* ſquamoſus, corollinus. *Cor.* 0. *Sem.* caudata calice ſucculento.

1432. HEDYCARIA. *Flores* dioici. *Cal.* 8-10fidus. *Cor.* 0.
♂. *Filamenta* 0. *Antherae* in fundo calicis, 4ſulcae, apice barbatae.
♀. *Germina* pedicellata. *Nuces* pedicellatae 1ſpermae.

1222. CYCAS. *Flores* dioici.
♂. *Amentum* ſtrobiliforme, ſquamis ſubtus undique tectis polline.
♀. *Spadix* enſiformis. *Germina* angulo immerſa ſolitaria. *Stil.* 1. *Drupa* nucleo ligneo.

1227. ZAMIA. *Flores* dioici. *Amentum* ſtrobiliforme.
♂. *Squamae* ſubtus tectae polline.
♀. *Drupa* ſolitaria in utroque amenti margine.

* *Spiraea Filipendula, Ulmaria, Phytolacca icoſandra, Meſembryanthema varia.*

** *ſtaminibus receptaculo inſertis*, Fructiflorae.

1032. ZOSTERA. *Spadix* linearis: altero latere fructifero. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Stam.* alterna. *Sem.* ſolitaria, alterna.

1030. CALLA. *Spadix* tectus floſculis. *Spatha* plana. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Baccae* polyſpermae.

1028. ARUM. *Spatha* 1phylla, cucullata. *Spadix* ſupra nudus, inferne femineus, medio ſtamineus.

1027.

1027. XYLOPIA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Antherae* subtessiles. *Stil.* o. *Capſ.* 4gonae, 2valves, 1-2loculares, 1-2ſpermae.

1238. AMBROSINIA. *Spatha* 1phylla diſſepimento diviſa. *Stamina* interioris; *piſtilla* exterioris lateris.

704. HYDRASTIS. *Cal.* o. *Cor.* 3petala. *Bacca* compoſita acinis 1ſpermis.

695. ATRAGENE. *Cal.* o. *Cor.* 4petala major: interius polypetala. *Sem.* plurima, ariſtata.

696. CLEMATIS. *Cal.* o. *Cor.* 4petala. *Sem.* plurima, ariſtata.

697. THALICTRUM. *Cal.* o. *Cor.* 4-5petala. *Sem.* plurima, ſubmutica, nuda.

701. ISOPYRUM. *Cal.* o. *Cor.* 5petala, decidua. *Nectaria* 5. *Capſ.* polyſpermae.

702. HELLEBORUS. *Cal.* o. *Cor.* 5petala, perſiſtens. *Nectaria* plura. *Capſ.* polyſpermae.

703. CALTHA. *Cal.* o. *Cor.* 5petala. *Nectaria* o. *Capſ.* plurimae.

694. ANEMONE. *Cal.* o. *Cor.* 6petala. *Sem.* plurima.

700. TROLLIUS. *Cal.* o. *Cor.* 14petala. *Nectaria* linearia. *Capſ.* polyſpermae.

691. MICHELIA. *Cal.* truncatus. *Cor.* 8petala. *Baccae* 4-ſpermae, glomeratae.

1067. SAGITTARIA. *Flores* monoici. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 3petala. ♂. *Filamenta* fere 24. ♀. *Sem.* multa nuda.

CANANGA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Capſ.* plures, pedunculatae, 1loculares, 1ſpermae.

1404. UNONA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Baccae* plures, pedicellatae, 2ſpermae.

692. UVARIA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Baccae* polyſpermae, *recept.* longo affixae.

693. ANNONA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Bacca* polyſperma: cortice imbricato.

689. LIRIODENDRUM. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Sem.* plurima, lanceolata, imbricata.

690. MAGNOLIA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 9petala. *Capſ.* glomeratae, 2valves. *Sem.* pendula.

HOUTTUYNIA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* o. *Stamina* piſtillis miſta.

688. DILLENIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Capſ.* plures connatae: *recept.* carnoſo.

699. RANUNCULUS. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5: ungue nectarifero. *Sem.* plurima.

698. ADONIS. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5-10petala. *Sem.* plurima angulata, corticata.

HAMADRYAS. *Cal.* 5-6phyllus. *Petala* 10-12 linearia. *Stil.* 0. *Capſ.* 1ſpermae.

611. ILLICIUM. *Cal.* 6phyllus. *Petala* 27. *Capſ.* 1ſpermae in orbem.

* *Phytolacca icoſandra. Nigellae nonnullae.*

MONO-

MONOGYNIA.

613. CACTUS. *Cal.* iphyllus, ſuperus, imbricatus. *Cor.* multiplex. *Antrum* duplicatum iloculare, pericarpiis oſſeis intus nidulantibus.

* *ſubrotundi*, Echinomelocacti.

mammillaris. 1. C. tectus tuberculis ovatis barbatis. *Pluckn. alm. t.* 29. *f.* 1. 2.

Melocactus. 2. C. quatuordecimangularis. *Cluſ. exot. t.* 32. β) ſpinis longis recurvis albidis.

nobilis. 3. C. quindecimangularis. *Mant. p.* 243. β) angulis in ſpiram contortis.

** *elongati*, Cerei.

† *erecti, ſtantes per ſe.*

Pitajaya. 4. C. triangularis.

tetragonus. 5. C. quadrangularis longus: angulis compreſſis.

pentagonus. 6. C. ſubquinquangularis longus articulatus.

hexagonus. 7. C. ſexangularis longus: angulis diſtantibus. *Knorr del. hort. i. t.* F. 7.

heptagonus. 8. C. oblongus ſeptemangularis.

peruvianus. 9. C. longus ſuboctangularis: angulis obtuſis. *Lob. ic.* 2. *p.* 25.

repandus. 10. C. longus octangularis: angulis compreſſis undatis, ſpinis lana longioribus. *Trew. Ehret t.* 14. β) Cactus americanus. *Bradl. ſucc. t.* 12.

lanuginoſus. 11. C. longus ſubnovemangularis: angulis obſoletis, ſpinis lana brevioribus. *Herm. parad. Lugdb. t.* 115.

Royeni. 12. C. novemangularis articulatus: articulis ſubovatis, ſpinis lanam aequantibus.

coquimbanus. 13. C. longus decemangularis: angulis obtuſis, ſpinis longiſſimis rectis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 146.

†† *repentes: radiculis lateralibus.*

parasiticus. 14. C. teres striatus muticus. *Plum. ic.* 197. *f.* 2.

pendulus. 15. C. pendulus: ramis verticillatis teretibus glabris muticis. *Mill. illustr. ic. Cassytha polysperma.*

triangularis. 16. C. triangularis. *Jacq. act. helv.* 5. *t.* 2.

grandiflorus. 17. C. subquinquangularis. *Trew. Ehret. t.* 31. 32.

flagelliformis. 18. C. decemangularis. *Trew. Ehret. t.* 30.

*** *compressi: articulis proliferis:* Opuntiae.

moniliformis. 19. C. articulis globosis spinosis glomeratis. *Plum. ic.* 198.

Opuntia. 20. C. laxus: articulis ovatis, spinis setaceis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* F. a.

Ficus indica. 21. C. articulis ovato-oblongis, spinis setaceis.

Tuna. 22. C. articulis ovato-oblongis, spinis subulatis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* O.

cochenillifer. 23. C. articulis ovato-oblongis subinermibus. *Knorr del. hort.* 2. *t.* O. 1.

curassavicus. 24. C. articulis cylindrico-ventricosis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* O. 2.

Phyllanthus. 25. C. ensiformi-compressus serrato-repandus. *Dill. h. Elth. t.* 64. *f.* 74.

spinosissimus. 26. C. caule erecto compresso: ramis oppositis bifariis compressis; spinis setaceis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 155.

alatus. 27. C. ensiformi-compressus crenatus. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 77.

**** *caule arboreo tereti.*

Pereskia. 28. C. aculeis geminis recurvis, foliis lanceolato-ovatis. *Dill. h. Elth. t.* 227. *f.* 294.

portulacifolius. 29. C. caule spinoso, foliis cuneiformibus retusis. *Plum. ic.* 197. *f.* 2.

614. PHILADELPHUS. *Cal.* ſuperus, 4-5partitus. *Petala* 4-5. *Capſ.* polyſperma, 4-5locularis, ſemiinfera. *Semina* arillata.

coronarius. 1. Ph. foliis ſubdentatis. *Du Hamel arbr.* 2. *t.* 83. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 35. *f.* 2.

inodorus. 2. Ph. foliis integerrimis. *Catesb. Car.* 2. *t.* 84.

aromaticus. 3. Ph. foliis lineari-lanceolatis enerviis integerrimis, floribus omnibus quinquefidis: calice colorato deciduo. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 156.

laniger. 4. Ph. foliis oblongis acutis integerrimis pubeſcentibus, calicibus lanatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 156.

floribundus. 5. Ph. *Mag. für die Botan.* 7. *t.* 2.

615. PSIDIUM. *Cal.* 5fidus, ſuperus. *Petala* 5. *Bacca* 1 uni-vel multilocularis, polyſperma, infera.

* *pedunculis unifloris.*

pyriferum. 1. Pſ. foliis lineatis obtuſiuſculis. *Trew. Ehret. t.* 43.

decaſpermum. 2. Pſ. foliis ovatis acuminatis planis, pedunculis bracteatis bacca uniloculari. *Suppl. p.* 252. *Forſt. char. gen. t.* 37. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 27. *f.* 5.

grandiflorum. 3. Pſ. foliis ovatis acuminatis, bacca quadriloculari. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 483. *t.* 190.

aromaticum. 4. Pſ. foliis ovato-oblongis acuminatis, bacca quadriloculari. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 485. *t.* 191.

Cujavillus. 8. Pſ. foliis lineatis ovato-lanceolatis, pedunculis ſubbifloris. *Rumpf. amb.* 1. *t.* 49.

** *pedunculis trifloris.*

pomiferum. 5. Pſ. foliis lineatis acuminatis. *Jacq. obſ. bot.* 2. *t.* 31.

guineenſe. 6. Pſ. foliis ovatis integris ſubtus tomentoſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 77.

*** *pe-*

**** pedunculis multifloris.*

montanum. 7. Pf. foliis oblongis acuminatis crenulatis nitidis. *Swartz nov. pl. gen. et sp. p.* 77.

PIRIGARA. *Cal.* turbinatus, 4partitus, superus. *Petala* 4-6. *Stigm.* 4gonum, sessile. *Bacca* obtusa 4gona, 4locularis: loculis 6-7spermis.

tetrapetala. 1. P. foliis ovato-oblongis acuminatis dentatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 487. *t.* 192.

hexapetala. 2. P. foliis obovatis acutis serrulatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 490. *t.* 193.

616. EUGENIA. *Cal.* 4partitus, superus. *Petala* 4. *Drupa* 1sperma, 4angularis.

*** foliis integerrimis.*

malaccensis. 1. E. pedunculis ramosis lateralibus. *Rumpf. amb.* 1. *t.* 37. 38.

Jambos. 2. E. pedunculis ramosis terminalibus. *Rumpf. amb.* 1. *t.* 39.

carthagenensis. 18. E. pedunculis ramosis axillaribus. *Jacq. stirp. amer. t.* 173. *f.* 53.

aquea. 19. E. pedunculis quadrifloris, drupa quinqueloculari. *Rumpf. amb.* 1. *t.* 38. *f.* 2.

Pseudopsidium. 3. E. pedunculis unifloris pluribus lateralibus terminalibusque. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 140.

periplocaefolia. 4. E. pedunculis paniculatis axillaribus terminalibusque, foliis acuminato-lanceolatis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 108. *t.* 4.

paniculata. 5. E. pedunculis paniculatis axillaribus terminalibusque, foliis ovatis obtusis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 108. *t.* 5. *f.* 1.

montana. 6. E. racemis terminalibus: floribus sessilibus, foliis ovatis acutis glabris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 495. *t.* 195. *β*) Eugenia Cumete. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 497. *t.* 196.

Mini. 7. E. racemis terminalibus axillaribusque: floribus pedunculatis, foliis lanceolatis glabris pellucido-punctatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 498. *t.* 197.

latifolia. 8. E. pedunculis unifloris axillaribus, foliis ovatis acutis rigidis pellucido-punctatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 502. *t.* 199.

gujanensis. 9. E. pedunculis subtrifloris axillaribus, foliis ovatis acutis pellucido-punctatis subsessilibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 506. *t.* 201.

tomentosa. 10. E. floribus racemosis, foliis ovatis tomentosis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 504. *t.* 200.

sinemariensis. 11. E. floribus congestis sessilibus, foliis ovatis acuminatis glabris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 501. *t.* 198.

cotinifolia. 12. E. foliis ovatis obtusis, pedunculis unifloris. *Mant. p.* 243. *Jacq. obs. bot.* 3. *t.* 53.

uniflora. 13. E. foliis cordato-lanceolatis, pedunculis unifloris lateralibus. *Till. h. pis. t.* 44.

undulata. 14. E. floribus axillaribus subsessilibus, foliis ovato-oblongis acuminatis glabris, pellucido-punctatis undulatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 508. *t.* 202. *β*) Eugenia Ariboa. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 510.

baruensis. 15. E. pedunculis lateralibus unifloris racemosisque. *Jacq. coll.* 3. *p.* 183. *utrum hujus, an sequentis tribus?*

** *foliis crenatis.*

acutangula. 16. E. pedunculis terminalibus, pomis oblongis acutangulis. *Rumpf. amb.* 3. *t.* 115.

racemosa. 17. E. racemis longissimis, pomis ovatis quadrangulis. *Rumpf. amb.* 3. *t.* 116.

CATINGA. *Cal.* minimus, 4dentatus, superus. *Cor.* - - *Drupa* rotunda 1locularis: cortice carnoso intus fibroso.

moschata. 1. C. drupa globosa. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 511. *t.* 203. *f.* 1.

aromatica. 2. C. drupa pyriformi. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 512. *t.* 203. *f.* 2.

METROSIDEROS. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5petala. *Capsf.* calicis ventre cortica-ta. *Sem.* immatura numerosissima, lineari-paleacea, matura pauciſſima rotunda-ta, aut angulata.

* *capsula* 3-4*loculari.*

gummifera. 1. M. calice fructifero globoso suberoso edentulo. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 1.

2. M.

costata. 2. M. calice fructifero ovato-globoso costato brevissime quinquedentato. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 2.

foliciformis. 3. M. calice fructifero subgloboso truncato edentulo. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 3.

viminalis. 4. M. calice fructifero subhemisphaerico crasso edentulo. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 4.

armillaris. 5. M. calice fructifero subgloboso crasso edentulo. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 5.

nodosa. 6. M. calicibus aggregatis sphaericis edentulis glaberrimis. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 6.

fulgens. 7. M. calice fructifero ovato-oblongo obsolete costato subedentulo. *Gaertn. de fr. et sem. cent* 3. *t.* 34. *f.* 7.

excelsa. 8. M. calice fructifero tomentoso quinquedentato. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 8.

spectabilis. 9. M. calice fructifero tomentoso obsolete pentagono obtuse quinquedentato. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 9.

scandens. 10. M. calice fructifero hemisphaerico quinquedentato. *Gaertn. de fruct. et sem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 10.

albiflora. 11. M. calice fructifero cum tota capsula connato subtus ventricoso sursum angustato: dentibus quinque patulis. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 11.

myrtifolia. 12. M. calice fructifero arcte capsulae adhaerente infundibuliformi, quinquedentato. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 12.

** *capsula quinqueloculari*, Leptosperma.

arachnoidea. 13. M. capsulis globosis: calice tenuissimo lanato, quinquedentato. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 35. *f.* 3.

umbellata. 14. M. capsulis umbellatis subglobosis ad verticem pyramidis auctis. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 35. *f.* 3.

squarrosa. 15. M. capsulis subglobosis: calice edentulo; margine inaequali repando. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 35. *f.* 3.

FABRICIA. *Cal.* adnatus, hemisphaericus, 5partitus. *Petala* 5 rotundata, concava, sessilia. *Stigm.* globosum. *Capsf.* multilocularis. *Sem.* pauca, alata.

myrtifolia. 1. Fabricia. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 35. *f.* 4.

EUCALYPTUS. *Cal.* operculum ſuperum, integerrimum, truncatum. *Cor.* calyptra obverſe hemiſphaerica ante antheſin diſcedens. *Capſ.* ſubquadrilocularis, apice dehiſcens, polyſperma.

obliqua. 1. EUCALYPTUS. *Herit. ſert. angl. p.* 18. *t.* 20.

617. MYRTUS. *Cal.* 4-5fidus, ſuperus. *Petala* 0, 3-5. *Bacca* 1-3ſperma, 1-3locularis.

* *corolla pentapetala.*

communis. 1. M. floribus ſolitariis, involucro diphyllo. *Blackw. herb. t.* 114. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 38. *f.* 2.

braſiliana. 2. M. floribus ſolitariis, pedunculis nudis, petalis ſubciliatis. *Comm. h. amſt.* 1. *t.* 89.

Luma. 3. M. floribus ſolitariis, foliis ſuborbiculatis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 148.

Ugni. 4. M. floribus ſolitariis, ramis oppoſitis, foliis ovalibus ſubſeſſilibus. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 136.

alpina. 5. M. pedunculis ſolitariis terminalibus unifloris breviſſimis, foliis ovatis, ramulis quaternis faſtigiatis, caule arboreo. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 77.

tomentoſa. 39. M. pedunculis unifloris, foliis triplinerviis ſubtus tomentoſis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 159. *Pluckn. amalth. t.* 372. *f.* 1.

procera. 6. M. pedunculis unifloris axillaribus confertis, foliis ovatis acuminatis planis glabris, ramis virgatis, caule arboreo. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 77.

liguſtrina. 7. M. pedunculis ſolitariis ramoſisque terminalibus unifloris, foliis lanceolatis obtuſis convexis lucidis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

biflora. 8. M. pedunculis bifloris, foliis lanceolatis. *Brown. jam. t.* 25. *f.* 3.

crenulata. 9. M. pedunculis ſolitariis axillaribus ſubtrifloris, foliis ſubrotundis crenulatis glabris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

lucida. 10. M. pedunculis ſubtrifloris, foliis ſubſeſſilibus lanceolatis attenuatis.

11. M.

anguſtifolia. 11. M. pedunculis umbellatis, foliis lineari-lanceolatis ſubſeſſilibus. *Mant. p.* 74. *Burm. afr. t.* 83. *f.* 2.

laevis. 12. M. pedunculis umbellatis, foliis ovatis acuminatis. *Thunb. flor. jap. p.* 198.

cumini. 13. M. pedunculis multifloris, foliis lanceolato-ovatis. *Rumpf. amb.* 1. *t.* 41.

maxima. 14. M. pedunculis multifloris, foliis alternis ſubovalibus. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 149.

lineata. 15. M. floribus axillaribus ſubſeſſilibus, foliis ovatis acuminatis rigidis lineatis ſubtus incanis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

cordata. 16. M. floribus axillaribus lateralibusque ſubſeſſilibus, foliis ſeſſilibus cordatis ovatis nitidis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

laurina. 17. M. pedunculis racemoſis bracteolatis, foliis ovato-lanceolatis ſerrulatis glabris. *Burm. zeyl. p.* 139. *t.* 62.

buxifolia. 18. M. racemulis breviſſimis confertis axillaribus, foliis cuneatis oblongis obtuſis convexiuſculis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

glabrata. 19. M. racemulis breviſſimis axillaribus multifloris, foliis ellipticis acuminatis convexis coriaceis glaberrimis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

diſticha. 20. M. pedunculis axillaribus multifloris folio brevioribus, foliis diſtichis deflexis ovato-lanceolatis; ramis patentibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

monticola. 21. M. pedunculis multifloris breviſſimis axillaribus ſolitariis, foliis ovatis obtuſatis planis glaberrimis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

axillaris. 22. M. pedunculis multifloris breviſſimis axillaribus confertis, foliis ovatis acuminatis nitidis planis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

Gregii. 23. M. pedunculis multifloris axillaribus, foliis ovato-ellipticis acutis integerrimis ſubtus pubeſcentibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

dioica. 24. M. pedunculis trichotomo-paniculatis, foliis oblongis, floribus dioicis.

virgultoſa. 25. M. pedunculis axillaribus terminalibusque paniculatis: pedicellis remotis decuſſatis unifloris, foliis lato-lanceolatis attenuatis, ramis virgatis, caule arboreo. *Plum. ic.* 208. *f.* 1.

splendens. 26. M. pedunculis axillaribus solitariis trichotomis, foliis ellipticis acuminatis planis venosis scariosis nitidis, ramis virgatis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 79.

zeylanica. 27. M. pedunculis multifloris, foliis ovatis subpetiolatis. *Herm. h. Lugdb. t.* 435. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 33. *f.* 1.

androsaemoides. 28. M. pedunculis trifido-multifloris, foliis subovalibus sessilibus.

caryophyllata. 29. M. pedunculis trifido-multifloris, foliis obovatis. *Jacq. obs. bot.* 2 *t.* 25.

acris. 30. M. pedunculis axillaribus terminalibusque corymbosis trichotomis folio longioribus, foliis ellipticis convexis, coriaceis venosis punctatis, caule arboreo. *Pluckn. alm. t.* 155. *f.* 3. *β) Plum. ic.* 208. *f.* 2.

fragrans. 31. M. pedunculis axillaribus trichotomis simplicibusque, foliis ovatis convexiusculis subcoriaceis punctatis glabris, caule arboreo. *Aubl. pl. guj. p.* 495. *t.* 195. *Eugenia montana.*

Pimenta. 32. M. foliis alternis oblongo-ovatis. *Blackw. herb. t.* 355. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 38. *f.* 2.

triflora. 39. M. foliis alternis, pedunculis trifloris. *Jacq. stirp. amer. t.* 183. *f.* 59.

** *corolla nulla, calice operculato*, Calyptranthae.

rigida. 33. M. arborescens, pedunculis solitariis axillaribus subtrifloris, foliis ovatis acutis convexis aveniis rigidis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 80.

Chytraculia. 34. M. pedunculis dichotomis paniculatis tomentosis, foliis terminalibus subovatis geminis. *Brown. jam. t.* 137. *f.* 2.

Zuzygium. 35. M. pedunculis multifloris, ramis dichotomis, foliis geminis subovatis terminalibus. *Brown. jam. t.* 7. *f.* 2.

Makal. 36. M. bacca ovato-globosa coriacea glabra: semine bilobo. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 33. *f.* 1.

paniculata. 37. M. bacca ovata coriacea tenui: semine bilobo. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 33. *f.* 1.

nitida. 38. M. bacca sphaerica longissime pedunculata glabra: semine bilobo. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 33. *f.* 1.

*** *dubiae tribus.*

cotinifolia. 40. M. foliis alternis ovatis. *Plum. amer. t.* 208. *f.* 1.

41. M.

saligna. 41. M. foliis lineari-lanceolatis integerrimis, spicis terminalibus, baccis sessilibus. *Rumpf. amb.* 2. *t.* 17. *f.* 2.

linearis. 42. M. foliis linearibus, floribus axillaribus geminis pedunculatis. *Plum. amer. t.* 207. *f.* 2.

SCOLOPIA. *Cal.* 3-4partitus, persistens. *Cor.* 3-4-petala, calice duplo longior. *Stigma* 3lobum: foveolis 3 impressis. *Bacca* subrotunda, stilo coronata, 1locularis, 6sperma.

Schreberi. 1. SCOLOPIA. *Schreb. gen. pl. Linn.* 1. *p.* 335.

FOETIDIA. *Cal.* 4fidus, turbinatus, superus. *Stigm.* 4fidum. *Capsl.* lignosa, 4angularis, 4locularis; loculis 1-2spermis.

borbonica. 1. FOETIDIA. *Jussieu gen. plant. p.* 325.

GUAPURUM. *Cal.* 4fidus superus. *Petala* 4. *Bacca* sphaerica, 2-4sperma.

peruvianum. 1. GUAPURUM. *Jussieu gen. plant. p.* 324.

618. PUNICA. *Cal.* 5-10fidus, superus. *Petala* 5. *Bacca* infera multilocularis, polysperma.

Granatum. 1. P. foliis lanceolatis, caule arboreo. *Blackw. herb. t.* 97-145. *Gaertn. de fr. et sem. cent.* 3. *t.* 38. *f.* 1.

nana. 2. P. foliis linearibus, caule fruticoso.

619. AMYGDALUS. *Cal.* 5fidus, inferus. *Petala* 5. *Drupa* nuce poris perforata.

Persica. 1. A. foliorum serraturis omnibus acutis, floribus sessilibus solitariis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* P. 1.

communis. 2. A. foliis petiolatis serratis: serraturis infimis glandulosis, floribus geminis: petalis emarginatis. β) *Knorr del. hort.* 1. *t.* M. 1. γ) *Blackw. herb. t.* 105.

dulcis. 3. A. foliis petiolatis crenatis, floribus geminis: corollis calice vix majoribus.

pumila. 4. A. foliis venoso-rugosis. *Mant. p.* 74. 514. *Herm. par. Lugdb. t.* 489.

nana. 5. A. foliis basi attenuatis. *Mant. p.* 396. *Jungh. plant. ic. cent.* 1. *n.* 14. *Pallas fl. ross. t.* 6.

incana. 6. A. foliis lanceolatis serratis subsessilibus rugosis: subtus albo-tomentosis. *Pallas flor. ross. t.* 7.

orientalis. 7. A. foliis lanceolatis integerrimis argenteis perennantibus: petiolo brevi. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 162.

620. PRUNUS. *Cal.* 5fidus, inferus. *Petala* 5. *Drupae* 1locularis superne clausae nux futuris prominulis.

Padus. 1. Pr. floribus racemosis, foliis deciduis basi subtus biglandulosis *Flor. dan. t.* 205. *β*) caucasica. *Pallas flor. ross. p.* 17.

rubra. 29. Pr. floribus racemosis: racemis erectis, foliis deciduis laevibus basi biglandulosis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 162.

virginiana. 2. Pr. floribus racemosis, foliis deciduis crenatis basi anterius glandulosis. *Catesb. Car.* 2. *t.* 94.

nana. 3. Pr. floribus racemosis, foliis deciduis argute serratis basi anterius glandulosis. *Du Roi harbk. Baumz.* 2. *p.* 194. *t.* 4.

canadensis. 4. Pr. floribus racemosis, foliis deciduis eglandulosis lato-lanceolatis rugosis utrinque pubescentibus. *Pluckn. alm. t.* 58. *f.* 4.

occidentalis. 5. Pr. floribus racemosis: racemis lateralibus, foliis perennantibus eglandulosis oblongis acuminatis integris utrinque glabris. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 80.

sphaerocarpa. 6. Pr. floribus racemosis: racemis axillaribus, foliis sempervirentibus eglandulosis integris nitidis, drupis subrotundis. *Sloan. hist. jam.* 2. *p.* 79. *t.* 193. *f.* 1.

lusitanica. 7. Pr. floribus racemosis, foliis sempervirentibus eglandulosis ovatis, drupis oblongis. *Mill. ic.* 196. *f.* 1.

Laurocerasus. 8. Pr. floribus racemosis, foliis sempervirentibus dorso biglandulosis. *Blackw. herb. t.* 512.

carolina. 9. Pr. floribus racemosis, foliis lanceolatis acute denticulatis sempervirentibus. *Du Roi harbk. Baumz.* 2. *p.* 198.

10. Pr.

elliptica. 10. Pr. floribus racemosis, foliis ellipticis serratis glabris. *Thunb. flor. jap. p.* 199.

paniculata. 11. Pr. floribus paniculatis patulis, foliis ovatis. *Thunb. flor. jap. p.* 200.

Mahaleb. 12. Pr. floribus corymbosis terminalibus, foliis ovatis. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 227.

latifolia. 13. Pr. umbellis sessilibus, foliis obovato-oblongis serrratis: petiolis nudis. *Moench Weissenst. p.* 85.

avium. 14. Pr. umbellis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis subtus pubescentibus conduplicatis. *Mant. p.* 397. *Blackw. herb. t.* 425.

pensilvanica. 15. Pr. umbellis subsessilibus aggregatis multifloris, foliis ovato-lanceolatis, ramulis pallide punctatis. *Suppl. p.* 252.

nigra. 30. Pr. umbellis sessilibus solitariis paucifloris, foliis ovatis acuminatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 165.

Cerasus. 16. Pr. umbellis subpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis glabris conduplicatis. *Blackw. herb. t.* 449. *β) du Hamel arbr. fr.* 1. *t.* 7. *γ) du Hamel arbr. fr.* 1. *t.* 5.

pumila. 17. Pr. floribus subumbellatis, foliis angusto-lanceolatis subtus glaucis. *Mant. p.* 75. *Mill. ic.* 89. *f.* 2.

Chamaecerasus. 18. Pr. floribus subumbellatis, foliis lanceolatis serrulatis utrinque glaberrimis petiolatis. *Pallas flor. ross. t.* 8. b.

Armeniaca. 19. Pr. floribus sessilibus, foliis subcordatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* A. 2.

sibirica. 20. Pr. floribus sessilibus, foliis ovato-oblongis, fructibus exsuccis. *Pallas flor. ross. t.* 8.

insititia. 21. Pr. pedunculis geminis, foliis ovatis subvillosis convolutis, ramis spinescentibus. *Blackw. herb. t.* 305.

domestica. 22. Pr. pedunculis subsolitariis, foliis lanceolato-ovatis convolutis, ramis muticis. *Blackw. herb. t.* 309. *β) Knorr del. hort.* 1. *t.* P. 2. *γ) du Hamel. arbr. fr.* 2. *t.* 20. *f.* 14. *δ) du Hamel. arbr. fr.* 2. *t.* 20. *f.* 15.

spinosa. 23. Pr. pedunculis solitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis spinosis. *Blackw. herb. t.* 494.

japonica. 24. Pr. pedunculis solitariis, foliis ovatis acuminatis glabris, ramis inermibus. *Thunb. flor. jap. p.* 201.

glandulosa. 25. Pr. pedunculis solitariis, foliis oblongis glanduloso-serratis, ramis inermibus. *Thunb. flor. jap. p.* 202.

26. Pr.

incisa. 26. Pr. pedunculis solitariis, foliis ovatis inciso-serratis villosis, ramis inermibus. *Thunb. flor. jap. p.* 202.

tomentosa. 27. Pr. pedunculis solitariis, foliis ovatis subtus tomentosis. *Thunb. flor. jap. p.* 203.

aspera. 28. Pr. floribus solitariis terminalibus, foliis ovatis serratis asperis. *Thunb. flor. jap. p.* 201.

671. PLINIA. *Cal.* 4-5partitus. *Petala* 4-5. *Drupa* supera, sulcata.

crocea. 1. Pl. floribus pentapetalis. *Plum. ic.* 225.

pedunculata. 2. Pl. floribus tetrapetalis pedunculatis: staminibus receptaculo insertis. *Mant. p.* 243. *Suppl. p.* 253.

ROBINSONIA. *Cal.* turbinatus, 5dentatus. *Cor.* 5petala. *Stigma* sessile, striatum. *Bacca* depresso-globosa longitudinaliter sulcata, infera, 7locularis: loculis 1spermis.

gujanensis. 1. Robinsonia. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 492. *t.* 194.

CASSIPUREA. *Cal.* turbinatus, 4-5dentatus. *Cor.* 5petala. *Anther.* incumbentes, 2loculares. *Stilus* longus, villosus. *Stigma* obtusum. *Peric.* - - -

gujanensis. 1. Cassipurea. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 528. *t.* 211.

621. CHRYSOBALANUS. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5. *Drupae* Nux 5sulcata, 5valvis.

Icaco. 1. Chrysobalanus. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 141.

GRANGERIA. *Cal.* 5fidus, inferus. *Petala* 5. *Stamina* 15. *Drupa* subtriquetra: *Nux* ossea, 3quetra, 1sperma.

borbonica. 1. Grangeria. *Jussieu gen. plant. p.* 340.

XY-

XYLOSMA. *Flores* dioici. *Cal.* 4-5partitus. *Cor.* o. ♂. *Stamina* calice duplo longiora, nectario annulato cincta. ♀. *Stilus* minimus. *Stigma* obsolete 3fidum. *Bacca?* sicca, subbilocularis: loculis 2spermis.

suaveolens. 1. X. foliis ovatis serratis. *Forst. fl. austr. p. 72. charact. gen. t. 63. f. k.*

orbiculatum. 2. X. foliis subrotundis integerrimis. *Forst. fl. austr. p. 72. char. gen. t. 63. f. a-i.*

POSSIRA. *Cal.* 4partitus. *Petalum* 1 laterale. *Legumen* 1loculare, 2valve.

simplex. 1. P. foliis simplicibus oblongis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p. 82.*

triphylla. 2. P. foliis ternatis: petiolis marginatis. *Aubl. pl. guj. p. 931. t. 355.*

CUBLANDIA. *Cal.* tubulosus, 4dentatus. *Cor.* 1petala, 4fida: tubo oblongo. *Filamenta* basi coadunata. *Legumen* nodosum: nodulis 1spermis.

frutescens. 1. Cublandia. *Aubl. pl. guj. 2. p. 937. t. 356.*

640. MARCGRAVIA. *Cor.* 1petala, calyptriformis. *Cal.* 6phyllus, imbricatus. *Bacca* multilocularis, polysperma.

umbellata. 1. Marcgravia. *Jacq. stirp. amer. pict. t. 143.*

1397. TERNSTROEMIA. *Cor.* 1petala, 5-6partita urceolata. *Cal.* 5partitus. *Bacca* exsucca, 2locularis, evalvis, polysperma.

elliptica. 1. T. foliis ellipticis acutis integris, pedunculis lateralibus. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p. 81.*

2. T.

meridionalis. 2. T. foliis obovatis integris, pedunculis terminalibus. *Suppl. p.* 264. *Mutis amer.* 1. *t.* 9.

punctata. 3. T. foliis oblongis integris ſubemarginatis margine punctatis, pedunculis axillaribus. *Aubl. pl. guj. p.* 571. *t.* 228. Taonobo punctata.

dentata. 4. T. foliis oblongis acuminatis dentato-ſerratis, pedunculis axillaribus lateralibus. *Aubl. pl. guj. p.* 569. *t.* 227. Taonobo dentata.

1398. ALSTONIA. *Cor.* 1petala, 8-10fida: laciniis alternatis.

theaeformis. 1. ALSTONIA. *Suppl. p.* 264.

THOTTEA. *Cal.* 0. *Cor.* 1petala, ſupera, margine triloba. *Receptac.* truncatum, radiatum. *Stigma* in centro radiorum. *Stil.* 0. *Siliq.* 4angularis.

grandiflora. 1. THOTTEA. *Fr. Rottböll. n. act. dan.* 2. *p.* 530. *t.* 2.

CIPONIMA. *Cal.* turbinatus, 5dentatus. *Cor.* 1petala, tubuloſa, 5partita. *Filamenta* baſi conjuncta in 2 ordines digeſta. *Stigma* capitatum. *Bacca* ovata 1locularis: *oſſiculo* 4loculari; *loculis* 1ſpermis.

gujanenſis. 1. CIPONIMA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 566. *t.* 226.

PARALEA. *Cal.* 4dentatus. *Cor.* 1petala, carnoſa, 4partita: tubo 4gono. *Peric.* - - -

gujanenſis. 1. PARALEA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 576. *t.* 231.

MAD-

MADHUCA. *Cal.* ſemiquadrif. ſuperne imbricatus. *Cor.* tubo inflato, ſquamis 9 imbricatis intus aucta. *Antherae* ſeſſiles. *Drupa* 2-3locularis: loculis 1ſpermis.

indica. 1. MADHUCA. *Hamilton act. ſoc. benghal.* 1. *p.* 300. *c. ic.*

NECTANDRA. *Cor.* infundibuliformis, 6partita, intus tomentoſa. *Cal.* 0. *Nectarium* ſquamae 9 obovatae. *Filamenta* 36 in 9 quadrigas per ſquamas nectarii diſtributa. *Drupa* turbinata, truncata, calici affixa.

ſanguinea. 1. N. caule diffuſo, foliis alternis lanceolatis, antheris quaternis collateralibus. *Fr. Rottb. act. litter. univ. Havn.* 1778. *p.* 279.

bijuga. 2. N. foliis ovato-lanceolatis acuminatis, racemis filiformibus, floribus polygamis: antheris bijugis. *Fr. Rottb. act. litt. un. Havn.* 1778. *p.* 281.

MITRARIA. *Cal.* inferus, 1phyllus, 2partitus. *Petala* 2-3 concava, ſuperne rotundata. *Nux* 1locularis, 2ſperma, calice tecta, ſubtetragona.

Commerſonia. 1. MITRARIA. *Sonner. it. nov. Guin. p.* 14. *t.* 8. 9.

MENICHEA. *Cal.* 3partitus, in fructum abiens. *Petala* 4concava, ſuperius rotundata. *Drupa* ſulcata, ſubovata, 1-locularis, 1ſperma.

roſata. 1. MENICHEA. *Sonner. it. nov. guin. p.* 133. *t.* 92. 93.

1158. MIMOSA. *Flores* mere masculi reliquis interspersiti. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5-fida aut. 0. *Stamina* 4-100. *Legumen.*

* *foliis simplicibus.*

simplicifolia. 1. M. inermis arborea, foliis ovatis integerrimis nervosis obtusis, spicis globosis pedunculatis. *Suppl. p.* 436. *Rumpf amb.* 3. *t.* 81.

verticillata. 2. M. inermis, foliis verticillatis linearibus pungentibus. *Herit. sert. angl. p.* 30. *t.* 41.

** *foliis bigeminis.*

bigemina. 3. M. inermis, foliis acuminatis. *Flores monadelphi.*

Unguis Cati. 4. M. spinosa, foliis obtusis. *Plum. ic. t.* 4. *Flores monadelphi.*

*** *foliis tergeminis.*

tergemina. 5. M. inermis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 262. *f.* 69. *Flores monadelphi.*

**** *foliis conjugatis pinnatisque.*

† *inermes.*

latifolia. 6. M. pinnis terminalibus oppositis: lateralibus alternis. *Plum. ic.* 9.

purpurea. 7. M. pinnis intimis minoribus. *Plum. ic.* 10. *f.* 1.

viva. 8. M. foliis partialibus quadrijugis subrotundis, caule herbaceo. *Sloan. hist. jam.* 2. *t.* 182. *f.* 7.

†† *spinosae.*

reticulata. 9. M. spinis stipularibus, foliolis sexjugis: petiolis glandula aculeoque terminatis. *Pluckn. alm. t.* 123. *f.* 2.

††† *aculeatae.*

circinalis. 10. M. pinnis aequalibus, stipulis spinosis. *Catesb. car.* 2. *t.* 97.

cineraria. 11. M. pinnis aequalibus, aculeis incurvis. *Pluckn. alm. t.* 2. *f.* 1.

casta. 12. M. foliis partialibus trijugis subaequalibus. *Commel. h. amst.* 1. *t.* 28. *Flores decandri.*

13. M.

Sensitiva. 13. M. foliis partialibus bijugis: intimis minimis. *Trew. Ehret. t.* 95. *Flores pentandri apetali.*

pudica. 14. M. foliis subdigitatis, caule hispido. *Commel. h. amst.* 1. *t.* 29. *Flores tetrandri apetali.*

***** *foliis simpliciter pinnatis.*

† *spinosa.*

stellata. 15. M. spinis stellatis ternis: duabus apice recurvis, foliis geminis novemjugis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 177.

†† *inermes.*

Inaa. 16. M. foliis quinquejugis: petiolo marginato articulato. *Merian. surin. t.* 51.

alba. 17. M. foliis trijugis: pinnis aequalibus ovatis acuminatis; petiolis submarginatis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 85.

laurina. 18. M. foliis bijugis: pinnis ovatis nitidis subaequalibus; petiolis linearibus angulosis, spicis axillaribus solitariis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 85.

fagifolia. 19. M. foliis bijugis: petiolo marginato. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 247.

nodosa. 20. M. foliis bijugis: pinnis interioribus minoribus; petiolo lineari. *Pluckn. alm. t.* 211. *f.* 5.

natans. 21. M. procumbens, foliis bijugis, capitulis subrotundis, floribus decandris, radicalibus sterilibus minoribus. *Suppl. p.* 439.

Burgoni. 22. M. foliis bijugis: petiolis biglandulosis non marginatis, legumine exsucco. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 941. *t.* 358.

****** *foliis bipinnatis.*

† *inermes.*

scandens. 23. M. foliis conjugatis cirrho terminatis: foliolis bijugis. *Pluckn. phyt.* 211. *f.* 6. *Flores decandri pentapetali.*

Entada. 24. M. foliis cirrho terminatis: partialibus quinquejugis. *Jacq. stirp. amer. t.* 183.

plena. 25. M. spicis pentandris: inferioribus planis. *Mill. ic.* 190. *f.* 2.

virgata. 26. M. erecta angulata, spicis masculis: inferioribus anandris apetalis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 80.

punctata. 27. M. spicis erectis: floribus decandris; inferioribus castratis. *Commel. h. amst.* 1. *t.* 31.

pernambucana. 28. M. decumbens, spicis cernuis pentandris: inferioribus castratis. *Pluckn. alm. t.* 307. *f.* 3.

arborea. 29. M. pinnis dimidiatis acutis, caule arboreo. *Pluckn. alm. t.* 251. *f.* 2. *Flores monadelphi.*

grandiflora. 30. M. foliis abrupte bipinnatis multijugis: pinnis multijugis; foliolis distinctissimis, racemo composito terminali. *Herit. sert. angl. p.* 30. *t.* 42.

